



Pd. 42.

10

P. PHILIPPI HEDDERICH  
MINORITÆ CONVENTUALIS  
DISSE<sup>12</sup>RAT<sup>A</sup>TIO<sup>A</sup>  
A D<sup>A</sup>  
CONCORDATA  
GERMANIÆ.

---

Q U A M  
UNA CUM PARERGIS EX OMNIGENO JURE  
SUB

PRÆSIDIO AUTHORIS  
EXONENT

PP. CLEMENTINUS REINECKEN

ALBINUS MEISTER

LIBERATUS LÜTZELER

ELIAS VAN DER SCHÜREN, ejusdem Ordinis.

OPPONENT

R.R. P.P. NICOLAUS GLABUS ET DAVID COCHEMS  
Sacri & exempti Ordinis Cisterciensis in Abbatia Hemmerodensi  
Professi, Juris utriusque Auditores.

DIE SEPTEMBRIS ANNI MDCLXXIII.

IN CONVENTU TREVIRENSI AD S. GERMANUM  
cum permisso Superiorum.

---

Augustæ Trevirorum, Typis ESCHERMANNIANIS.

D E O  
P A T R O N I S E T A M I C I S.

PROLOQUIUM AD LECTOREM.

*A*lterum tibi exhibeo Conatus mei specimen; videlicet Dissertationem ad Concordata Nationis nostræ: pergit ista, ubi prima desuit: materiae excellentia, atque ingens, quod inde speratur, commodum me ad laborem hunc suscipiendum rapuit: fateor in antecessum, quod nihil novi dixerim: cum materiem istam amplissimam ferè exhauserint Celeberrimorum Antecessorum scripta. Interim te obtestor, ut præsentem Dissertationem integrum legas, antequam de ea censuram feras: quodsi themata tibi minus probata in ea comperias, te meminisse velim ejus, quod Clemens Alexandrinus stromatum Lib. I. in versione latina inquit: nullam Scripturam adē fortunatam procedere, cui nullus omnino contradicat: quodsi majorem desideres perfectionem operis, ideam saltiem operantis ejusque conatum equi ac boni consule. Vale.



DISSERTATIONES  
AD CONCORDATA GERMANIAE

PARS PRIMA

EXPO NENS  
THEMATA HISTORICA CONCORDATORUM.

**P**aecta, quæ Natio nostra iniit cum sancta Sede, circumferuntur Varia: velut illa HADRIANI \* cum CAROLO M. & LEONIS VIII. \*\* cum OTTONE I.

\* Nempe sub hoc Pontifice habita fertur Synodus Romæ, quæ in hoc consenserit; a) ut Archicopio & Episcopi per singulas provincias recipiant investituram à CAROLO M. b) ut quoque à ne-

A

¶ 2 ¶

à nomine Episcopus consecretur, nisi qui à rege laudetur & investiatur.  
Conf. famosum can. 22. D. 63.

*Additio.* Circa paetum illud duplicem è diametro sibi oppositam opinionem lego: una idem nihil prorsus falsitatis continere praetendit, uti Schilterus, Goldastus aliique asserunt; altera simpliciter inter merces suppositiaris seponit. Inter ceteros Cardinalis BARONIUS ad an. 773. pluribus paetum hoc argumentis impugnat. Posterioris sententiaq; patroni asserunt, synodum istam sub Hadriano habitam esse fictitiam, eò quod subterfugiat notitiam & calamum celeberrimorum Reginonis, Adonis, Ottonis Frisingensis, Lamberti Schaffnaburgensis, Mariani Scotti, Ursbergenis, quorum aliqui Sigeberto (quippe qui unus synodum istam primò asserit, non probat) longè anteriores, Otto etiam Henricis Imp. sanguine junctus, IVti nepos, Vti sororius: reliqui omnes gesta Caroli accuratissimè descriperunt: fecellit id porrò Eginhardum & Anastasium Bibliothecarium, aliosque historiographos iis temporibus coevoꝝ.. latuit id quoque FLORUM magistrum, siquidem hic in tractat. de elect. episcop. circa annum 822 consensum regis in electionibus Episcoporum soli confuetudini tribuit.. pressus arguento isto GOLDASTUS Baronii criticus mirè desudavit in accersendis veterum testimonioꝝ: sed quantæ authoritatis & fidei testes produxerit, ostendit GALLADE Diff. ad cap. Hadrianus D. 63.. Heidelb. 1755... altissimo pariter silentio synodum istam Romanam involvit FLEURY H.E. ad an. 773.... quid igitur hocce historiographorum celeberrimorum silentium aliud indicat, quam synodum istam unâ cura decreto sua authentia destitui, atque merum SIGEBERTI praeuentis commentum esse... usus quoque contrarius Caroli & ejus successorum velut Ludovici pti, Lotharii &c. longè quid diversum insinuat.. Carolus ipse l. 1. c. 84. decrevit aperte: Episcoporum electiones secundum statuta canonum liberas esse. Unde pluribus aliis argumentis ductus NATALIS ALEXANDER tom. 6. f. 32. inquit: reclamare PETRUM de MARCA sed BARONII argumentis non respondere. hoc illi. Plura si desideres, adi VICTORELLUM in addit. ad Ciaconium in vita Hadriani I. LUDOVICUM THOMAS SIN. de V. & N.E.D. p. 2. l. 2. c. 20. & 25. SANDINI Diff. 19. de falsa synodo sub Hadriano I. circa jus eligendi Romanum Pontificem & investituras concedendi Episcopis.

\*\* Leo

\*\* *Leo* videlicet VIII. in synodo Romana an. 963. celebrata in favorem *Ottonis I.* hujusque successorum, idem, quod sub *Hadriano* statutum fertur, repetiisse legitur.. quid? quod eò usque *Leo* iste progressus dicitur, ut eodem decreto Imperatori concesserit potestatem Pontificem ipsum nominandi atque eligendi. *Conf. alterum famosum canonem 23. D. 63.*

*Additio I.* In diversa hīc rursus sensa authores abeunt: Pluribus constitutio ista æquè ac prior commentitia videtur. Sufficiat hīc præter alios supra citatos testimonium celeb. *Fleury*: (quem in contrariam trahit sententiam Author recentior *Concord. nat. germ. integra.* T. II. sed quo jure? non video) hic H. E. T. XIII. ad a. 964. itā scribit: „occurred hic Concilii istius decretum, in quo *Leo* (octavus) Papa cum toto clero populōque Romano *Ottoni* ejusdémque successoribus concedit, confirmatque facultatem diligendi successorum in regno Italiae Papam constituendi, Episcopos investiendi, itā ut nec patricius, nec Papa, nec Episcopus absque ejus consensu eligi possit, addita excommunicationis, perpetui exilii & ultimi supplicii pœna, sed in scriptoribus NB. illius temporis hujus rei mentio non fit“ ad que verba itā norat *BRUNO PARODE*: *Natalis Alexander* pag. quā supra, de hoc itā inquit: hancce constitutionem, quam refert *Gratianus D. 63. c. 23. doctissimus Cardinalis BARONIUS* suppositiā esse probat.. *reclamat vir pariter doctissimus Petrus de Marca l. VIII. de conc. fac. & imp. sed Baronii argumentis non responderet,* petitis 1) à falsitate similis concessionis, quam ab *Hadriano I. Carolo M.* factam ait. 2) Quòd absurdum sit *Leonem VIII.* concessisse *Ottoni* jam Imperatori, ut esset patricius & Rex, quod in ea constitutione habetur. 3) Quòd hujus constitutionis violatoribus non modò excommunicatio, sed ultimum etiam supplicium irrogetur, quod a stylo pontificiarum constitutionum omnino alienum &c. plura tibi sistent auth. cit.

*Crisis propria.* Ut ut in vindicando utroque canone laboret recentius Author *concord. nat. germ. T. III.* de an. 1773. p. 53. & seqq. id tamen ut certum mihi non demonstrat, ut ambo canones Legibus germaniæ adscribi promereantur: non primus, utpote ex Concilio vel fictio vel (quod certum habeo) saltē dubio.. neque alter, ut-

pote ex Concilio illegitimo & à Leone VIII. tum Pseudo-Papa celebrato desumptus. Conf. Zallwein T. III. p. 220.

*Scholion.* Minus recte initium Juris publici Imperio-Romanici deducitur à pactis istis inter Leonem VIII. & Ottонem M. quod complures Recentiores faciunt. Conf. BENED. SCHMIDS: Erweiss, wie daß sich die Reichs-Historie a. 843. mit dem Verdunischen Vertrag, die Kaiser-Historie a. 964. mit Papst Leone VIII. und Kaiser Ottone I. anfange.

*Additio 2.* Id ad minimum inde consequi existimem, a) temporibus istis Imperatori firmatum esse sanctissimum jus advocatiae & protectionis Ecclesiae Romanae, b) atque post tempora Caroli M. ad ordinandum Pontificem Imperatorum consensum fuisse necessarium. Fleury l. cit. quod & Van Espen T. III. supplem. J. E. U. p. 14. late probat.

II. Notorium est pactum illud CALLIXTINUM, quod interventu Laicorum Impp. in electionibus Episcoporum, atque jure hos investiendi per baculum & annulum in abusum degenerante\* post tentatam sutrii a. 1110 \*\* & Romæ a. 1112 \*\*\* Concordiam, inter Callixtum II. Pontificem & Henricum V. Imperatorem a. 1122. percussum stabilitumque fuit. \*\*\*\*

\* Nempe grandia incommoda & dissidia in Ecclesiam invexerat interventus Laicorum Impp. in electionibus Episcoporum, atque jus eosdem investiendi per annulum & baculum ab Imperatoribus usurpatum; ut uno quasi obtutu singula ob oculos cadant, adducere hic satis sit verba Cl. BARTHELI op. II. Diff. 1. de concord. germ. p. 183. ita inquietis: „nunquam Henrico IV. Germaniae Regi abjudicata extortaque fuissent investiturae, si praetere illis passus fuisset ELECTIONES LIBERAS, GRATUITAS „ atque

„ arque eorum, quorum moribus non sordeceret sanctissima dignitas: id illi certe probro datum est apud Gregorium VII. Papam teste Helmoldo chron. Sclav. l. 8. c. 28. quod omnem in statuendis Episcopis canonicae electionis libertatem admireret, ponens per violentiam Episcopos, quos voluisse... Id ipsum Germaniae Praefuses Imperatori filio ejus Henrico V. probobrarunt, teste eodem Helmoldo. l. cit. c. 32. meministi, qualiter Episcopatus, Abbatias, & omnia ecclesiarum Regimina fecisti venalia, nec fuit in constitueris Episcopis illa electionis legitima facultas, sed sola pecunie ratio... inoleverat enim consuetudo, ait WILHELMUS TYRIUS l. 1. c. 13. praesertim in Imperio, quod defungentibus Ecclesiarum prelatis annulus & virga pastoralis ad dominum Imperatorem dirigebantur, unde postmodum unumquemlibet de familiaribus & Capellani suis investiens ad Ecclesiam vacantem dirigebat, ut ibi pastorali fungeneretur officio non expectata cleri electione... Ex eo tandem coacti erant pontifices & Concilia ad investitures toleratas haec tenus, quoisque religiosissimi principes hoc jure non abuterentur, penitus proscribendas... quapropter duo Concilia Romana sub Gregorio VII. celebrata annis 1078 & 1080 investitures prohibuerunt, damnatis Episcopis, qui suscepiebant, damnatis quoque principibus qui dabant manu laica sacrae potestatis insignia: pro uberiori notitia consule FLEURY. H.E. T. XV. p. 400 & 426. GREGORII vestigiis inhaesit VICTOR III, qui in synodo Beneventana a. 1087. cum Episcopis Apuliæ, Calabriæ & Principatu habitâ in sequentem modum decrevit: „ constituimus etiam, ut si quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu aliquius laici susceperit, nullatenus Episcopus vel Abbas habeatur, neque ulla ei Episcopo vel Abbatii exhibeat reverentia... tali gremium & introitum Ecclesiae B. Petri interdicimus, quoisque locum, quem usurpavit, non deferas; idem de inferioribus in Ecclesia dignitatibus jubemus, &c. Fleury l. cit. p. 556. quibus decretis autoritate omnium Episcoporum in Concilio praesentium confirmatis, descripta exemplaria in Orientem & Occidentem transmissa fuere... Interdictum hoc repetiit Urbanus II. an. 1095. in Conc. Claremontano, quod can. 15. ita statuit: Nullus princeps investituram ecclesiasticam concedat. PASCHALEM quoque II. eadem foivisse sensa cum antecesso-

ribus, pater ex gestis in conventu Catalauni an. 1107. habito, ubi Rmo Brunoni Archiepiscopo quondam nostro Trevirenſi tanquam primario Imperatoris Legato pro principali ſuo strenuo peroranti respondent Archiepiscopus Placentinus in haec verba: *Contumelia Deo infertur, si princeps investituram det per virgam & annulum, que sunt insignia sacerdotis ad aram sacrarum operantis, & praefules unctionis sue Sacramentum profanant, si manus suas contrecatione corporis & sanguinis Domini consecratas, Laici manibus, quas gladius humano cruento inficit, obligando supponant.* FLEURY T. XVI. p. 167 & 168.

\*\* Quae ibi pro obtainenda felicitate concordia ſibi invicem promisere Paschalis II & Henricus V. FLEURY l. cit. pag. 204. BARONIUS & CHRON. CASSIN. ad an. 1110. exhibent: nempe promisit Imperator ſe cefſurum investituris, atque electiones liberas permifſurum, ſi praefules quoque feudis & dominiis cederent, quae beneficio Imperatorum obtinuerant, cui conditioni annuit Papa, ſi Rex, quae juraverit, impletat.

\*\*\* Cūm Concordia iſta inanis & vacua permaneffet, eō quidē Episcopi Germaniae ſe feudis abdicare nollent: resiliens quoque Imperator ab eo foedere, vim intulit Pontifici, atque novam ab eo extorsit investiturarum conſeſſionem: Bullam confeſſionis refert Fleury l. cit.

Additio I. Non deerant hīc, qui carpsēre Paschalem II, quaſi haereticum quid concedendo investituram Imperatori admifſeret, quemadmodum ex literis Brunonis Episcopi Segniensis ad Paschalem II datis palam eſt. Vid. Chron. Cassin. IV. c. 42. Verūm horum accuſationem exarmat Baronius ad an. 1112. §. 18. non eſt haereditas, inquit, ipſas investituras dispensando concedere (quod unum Paschalis II fecit) ſed afferere atque defendere, de jure eſſe & debere fieri per laicos investituras (quod nunquam afferuit Paschalis II) id haereditas eſt, cūm id ſit falſum dogma, bonis moribus & ſacris Patrum institutionibus repugnans in Eccleſiam introducere... Imo animadvertere LAMBERTINO l. de serv. Dei beatif. & beat. Canon. c. 4. §. 10. n. 28. p. 244. » Si dominii v ipsius ecclesiastici conſtituendi a laicis usurpata facultas haereditas abſolutē

„ solutè & simpliciter fuisse, non eam *Greg. VII.* aliique Pontifices  
 „ in sola Ecclesia Occidentali reprobassent, sed eandem reprobatio-  
 „ nem ad Ecclesiam etiam Orientalem, in qua illa vigebat, finè ulla  
 „ dubitatione extendi voluissent. “

*Additio 2.* Neque haec transactio diu stetit, siquidem eadem  
 concessio à Synodo Lateranensi an. 1112. nulla & irrita declarata fuerit.

*Additio 3.* Sunt, qui eodem anno inter *Paschalem II* & *Henricum V.* concordatum esse volunt: *D. Papa penitus in personam Regis munquam anathema ponet. Author anonym. Concord. Nat. Germ. integra an. 1772. tom. 2. p. 9.* atque idem, utpote mediante concordato noviori non sublatum, hodie in vim Paeti obtinere.

*Crisis.* Id mihi penitus non videtur: equidem *Fleury. H. E. ad an. 1111.* ita refert: „Paschalis Papa ab Henrico Rege nec ob investituram concessam, nec ob injurias vel ipsi vel suis illatas poenam reposeret; NUNQUAM ANATHEMA IN REGEM PRONUNTIABIT &c. Huic pacto quoque Cardinales sedecim & primo loco Episcopi Portuensis ac Sabinensis subscripsere: at quisquis, seposito quovis praे�judicio, temporis istius circumstantias, Pontificis in Vinculis Paciscentis extremas angustias, ipsamque pacti instabilitatem attentiū pensaverit, alia longē sensa fovebit. Accedit, per Conc. Lateranense subsequens, quidquid in pacto isto per Pontificem cessum statutūmque fuerit, irritum & inane declaratum esse, *vide supra addit. 2.* Quanquam tamen vix hodie tempora emergent, ubi ad concordatum hoc provocandum foret: sed sapientissimā semper opus est oeconomia in ferendis censuris juxta regulam S. Augustini contra Parmenianum c. 2. Cū quisque FRATRUM id est Christianorum, intus in Ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est.

\*\*\*\* Profectò id maximè de se memorandum reliquit *Callixtus II.*, quod controversiam de investituris sacerdotium inter & imperium, advocate Lateranensi œcumenico Concilio post funesta utrimque certamina composuerit... Pontifex id concessit Imperatori,

tori, ut electiones Episcoporum & Abbatum Regni germanici sine simonia & aliqua violentia fierent eo præsente, electaque regalia seu feuda & hujusmodi bona alia à principibus olim Ecclesie concessa per sceptrum aliudve signum externum ab eo reciperent... Ex alia verò parte Imperator dimisit investituram omnem per annulum & baculum: concessit in omnibus Ecclesiis, quæ in Regno vel Imperio sunt, canonicas fieri electionem & liberam consecrationem.... Tabulas hujus foederis exhibent OTTO Frisingensis Chron. l. 7. c. 46. RIEGGER in Corp. J. E. G. BARONIUS ad hunc annum.

*Additio 1.* Quanquam Concordia hec tantà tum temporis lætitia excepta fuerit, ut diplomata haud desint, quæ ab ea tanquam re ad felicitatem Ecclesiæ & Imperii æquè memorabili epocham ducant: Conf. SCHATEN annal. Paderb. T. . 1. 6. segetem tamen lamentorum pactum hoc expressit Protestantibus, quali dimidium Majestatis Imperioriae eo deperditum ierit... Schilterus de Libert. Eccles. germ. l. 4. c. 5. §. 11. & seqq. transactionem istam planè nullam afferit, eò quod jus constituendi Magistratus Ecclesiasticos inter jura Majestatica referendum sit: verùm lamenta ejus ne ab ipsis quidem protestantibus, attento eorum systmate moderno, exaudiuntur... humanius loquitur cl. Jo. Christ. Wilhem. STECK in suis Vindiciis Libert. Eccles. germ. edit. Halæ Magdeburg. p. 7. ita inquiens: *inter transactiones* (Ecclesiarum germanicæ) eminet illa CELEBRIS CONVENTIO, quam HENRICUS V. Imperator cum CALLIXTO II. P. M. percussit; per eam Imperator quidem suorum jurium haud levem diminutionem perpessus est (sed neque hoc, vide Schmid. Inst. J. E. p. 72.) sed libertati ipsius Ecclesiæ nil detraetum, sed consultum magis fuit... & infra n. 3. Ecclesia germanica suæ libertatis accessionem magis quam detrimentum cepisse videtur.

*Additio 2.* Refert quidem OTTO Frisingensis l. cit. pacem integraram pacto isto restitutam esse: non fuit tamen omnis post transactionem anni 1122. in Diecepsi nostra Trevirensi sublate rixarum ansa: mox enim recruduit difficultas sub Alberone Archiepiscopo, de quo Cesarinus Heisterbacensis homil. in Evangel. Matt. 22. in fine notat: *quia Dominus ALBERO Archiepiscopus Trevirensis electus, à Papa consecratus est, antequam accepisset regalia, Conradus Rex Romanorum eidem*

*eidem postea regalia negavit, cui cum multa difficultate reconciliatus est:*  
 Transactionem itaque istam apud Treviros serius effectum suum fuisse sortitam inde liquidò eruitur: imo turbas ex investiturarum concessione natas in Metropoli nostra durasse ad annum usque 1183. tradunt gesta Trevirensia p. 215. apud Illmum ab HONTHEIM H. D. T. I. p. 467. ibi: *Definito Rudolphi, quia de manu Imperatoris investitam acceperat, Urbanus III. electionem Folmari confirmavit, atque confirmatum in Archiepscopum Trevirensim consecravit...* Quid in Ecclesia Magdeburgensi vacante, contra pactum istud attentatum fuerit, legere est apud Barthelium T. II. p. 189.

III. Concordia ista sarta testaque stetit, quo usque pretiosa electionum Libertas sub Impp. OTTONE IV. FRIDERICO II. RUDOLPHO I. Ecclesiae Germaniae firmata \* illæsa permanxit, atque nativa Ordinariorum potestas conferendi beneficia suæ Dioceseos vacantia \*\* infracta perstet; ex quo verò utraque per succedaneas reservationes, mandata de providendo, & gratias exspectativas laedi & vix non planè interverti cœpit \*\*\* nova discordia & querelarum Origo penes nationem nostram nata fuit. \*\*\*

\* Remunerationem *Ottonis IV.* refert Raynald. ad an. 1209. ibi, illum volentes abolere abusum, quem quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus Praelatorum, concedimus & sancimus, ut electiones Praelatorum liberae & canonicæ fiant, quatenus ille præficiatur Ecclesiæ viduatae, quem totum capitulum vel major pars vel senior duxerit eligendum, dummodo nihil ei obster de Canonicis institutis, eadem sponsione sese obligavit *Fridericus II.* teste eodem Raynaldo ad an. cit. *Rudolphum I.* quoque id ipsum in se recepisse & promisisse testatur idem Rayn. l. cit. n. 38.

\*\* ORDINARIOS enim non tantum per quinque prima sed per undecim adeò priora Ecclesie sæcula fuisse omnium officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum collatores, nemo inficiabitur, qui

eorum saeculorum historiam perscrutatus fuerit: adeò quidem, ut nemo Romanorum Praefulum extiterit unquam, qui se se immiscueret extra devolutionis casum liberæ ordinariorum collationi.

*Corollarium.* Sententiam igitur, potestatem conferendi singula totius orbis Christiani beneficia jure divino summo Pontifici esse reservatam, non amplector: tum, quia antiquissima stat disciplina & possessio penes Ordinarios, radicata in solida jurisdictione gubernandi suam dioecesis in spiritualibus, quam illis immediate contulit Christus: tum, quia de initio constat, quo beneficia Papæ reservari primò ceperint, ut ex sequentibus in propositulo erit.

\*\*\* Videlicet

A) Potestas eligendi Episcopum in capitulis duravit usque ad tempora Bonifacii VIII. uti constat ex Tit. de elect. in 6. & clem. Primò Cathedrales Ecclesias, quae apud Romanam tantum Curiam vacare contigissent, sua dispositioni reservavit Clemens V. extrav. et si in temporalium inter comm.... Deinde verò idem Clemens V. earum quoque Ecclesiarum provisionem, quae clero & populo Christiano carerent, Romani Pontificis dispositioni reservavit, Clement. 5. de elect.... Postea Benedictus IX. extrav. Sancta Romana Ecclesia. de elect. inter comm. statuit de quaruor patriarchalibus Ecclesiis vacantibus: illis non posse provideri Romano Pontifice inconsulto.... Hinc Joannes XXII. extrav. ex debito eod. tit. inter comm. provisioni suae reservavit Episcopales, & earum superiores Sedes, quae apud Sedem illo vivente vacare contigerint.... At Benedictus XII. in extrav. ad Regimen de præb. inter comm. dispositioni apostolicae reservavit omnes Patriarchales, Archiepiscopales & Episcopales Ecclesias tunc apud Sedem Apostolicam quomodounque vacantes, & imposterum vacaturas.... Denique sequentes Romani Pontifices reservationem istam extenderunt ad omnes Ecclesias Episcopales tam apud Sedem Apostolicam, quam extra curiam vacantes in Reg. II. cancell. his itaque reservationibus ad nihilum redactura est jus eligendi prælatum, quod habebant Capitula cathedralia, uti post alios Canonistas observar FAGNANUS ad c. i. de elect.

B)

B). Reservationes beneficiorum inferiorum 1) SPECIALES  
(certi alicujus beneficij in individuo vacatis vel vacaturi) natæ sunt  
sub Hadriano IV. sacer. XII. quem subsecutus est Alexander III. totam  
hujus rei seriem synoptice sifit Espenius J. E. Un. P. II. tit. XXIII. n.  
VI. ibi „ De Alexandro III. legitur: quod præbendam perierit ab  
„ Abbatे S. Reinigii pro certo clericō: devotionem vestram, ait ep. 43,  
per apostolica Scripta rogantes attentiā, monentes, atque mandantes,  
quatenus eidem clericō, divini amoris intuitu & pro reverentia B. Petri  
& nostra, in aliquo beneficio ecclesiastico sibi competenti, unde vitæ ne-  
cessaria in vestra semper devotione possit honestè percipere, liberaliter pro-  
videatis. „ Pro alio clericō eidem Abbatē scripsérat ep. 7: eādem penitus  
„ servata forma... Ex his literis colligitur (pergit Espenius) quod  
„ tempore Alexandri III. preces Pontificum pro obtinendo beneficio  
aliciū Clerico adjunctum haberent mandatum, MONENTES at-  
que MANDANTES ait... Cūm verò nec his obsequerentur colla-  
tores ordinarii junctæ postmodum fuere literæ EXECUTORIA-  
LES, queis EXECUTORES nominabantur, qui ipsos collatores au-  
thoritate apostolica ad obsequendum mandatis, interdum quoque per  
censuras urgerent... rectius haec observat Franciscus Fiorens, vir  
eruditus, & in canonibus atque historiis admodum versatus: ab ini-  
tio, inquit, ne collatores ordinarii gravius conquererentur, imminui  
jura sua, Pontifices non statim & primis literis vel mandato compel-  
lebant eos ad conferendum vacans vel proximè vacaturum benefi-  
cium: primò monitorias scribebant; quibus si non obtemperabatur,  
præceptorias; si perfstarent in contumacia executorias dedere... pro-  
cedenti verò tempore, ubi capít hujusmodi mandatorum authoritas  
invalescere, non amplius tres literas diversis temporibus, sed unam  
tantum dederunt, peremptoriam appellatam, seu unam pro omnibus.  
Conf. c. 30. 37. 38. & 40. de rescript.

2) Reservationes GENERALES (omnium regni vel certi lo-  
ci beneficiorum vel personarum) invalere primò sub Clemente IV.  
qui Sedī apostolice generaliter reservavit beneficia, quæ apud  
eandem Sedem vacare contigerit c. 2. de preb. in 6. quod falso inscribi  
Clementi III, prout habet Lectio communis, demonstrat Bartholomaeus  
Diff. 3. p. 82. Hanc constitutionis sententiam expressius retulit si-

mūlque extendit Bonifacius VIII. c. 34. de præb. in 6. declarans, per beneficia apud Sedem apostolicam vacantia intelligenda esse ea sola & omnia beneficia, non tantum in ipsa curia Romana, sed & in locis eidem curiae vicinis sive ultra duas diætas legales non distantibus, nisi, dum defunctus curialis est, locus ejusmodi vicinus proprium defuncti domicilium extiterit, subsecutum vacare contigerit... Immediatus Bonifacii VIII. successor Clemens V. idem renovavit, additâ insuper hac. Clausula: hâc reservatione nostrâ & decreto ligari volumus ignorantes. extrav. 3. de præb. inter comm. Successor Clementis Joannes XXII. non tantum eandem reservationem renovavit, & ampliavit extrav. 4. eod. sed insuper aliam addidit. extrav. EXECRABILIS. eod. cui dein generaliorum adjectit Benedictus XII. in extrav. AD REGIMEN eod. Quis reservationibus ultra modum invalescentibus primævum jus ordinariorum in conferendis beneficiis non leviter laſsum fuisse, nemo inficiabitur.

\*\*\*\* Aliarum Nationum querelas & cum Pontifice dissidia hic missa facio. quis enim ignorat querelas Eduardi III. Regis Angliæ ad Clementem VI. delatas apud Raynald. ad an. 1343. Neque ad reservationes istas filuisse Concilium Ecclesiæ Gallicanæ 1399. testis est HERICOURT Loix Ecclesiast. de la reserve des benefices Chap. XI. adde edictum Caroli M. Regis Galliæ apud Barthelium op. II. p. 235. quid in Hispania contra reservationes motum fuerit, recitat Fleury H. E. ad an. 1399..... Sed querulantem nationem nostram unicè audiamus. Sanè hanc amarissimè conquestam esse de gravibus abusibus, qui in disciplinam Ecclesiasticam irrepserant, testatur Clerus Moguntinus in unione quadam de an. 1372. apud GUDENUM Cod. diplom. T. III. p. 507. seqq. ubi haec notabilia occurunt: „ propter exactiones Papales quam plurimas in his terris Clerici „ ad magnam paupertatem redacti... à laicis pernicioſam audaciā ſumentibus non ſolum Clerici & Presbyteri, ſed & Praelati maiores & Episcopi quaſi licetē capuntur, & in vinculis immittit „ detenti enormiter exactiōnātur, ipsorum bona diripiuntur, & ignibus devastantur: ipsaque sancta Sedes, & nomen Apostoli- „ cum, quæ ſemper in hac terra reverentiaē fuerant, & honoris, „ adeo vilipenſia diffamantur, quod proinde fides Catholica magna

va-

„ vacillat in parte, laicis videntibus Clericos & Praelatos maiores  
 „ per Sedem apostolicam & ejus diversarum impositionum modos,  
 „ videlicet servitiorum communium deciminarum Papalium, & Im-  
 „ perialium procurationum, Annatarum... ECCLESIASTICA-  
 „ RUM RESERVATIONUM affligi “ &c. Singulas Nationis  
 „ nostrae querelas exhibent notissima illa AVISAMENTA, SIGI-  
 „ MUNDI Imperatoris & communium S. Imperii Ordinum concepta  
 apud Goldastum Confit. Imp. p. 391.

a) Afferantur & revocentur reservationes omnium & singu-  
 gulorum beneficiorum tam *majorum* quam *minorum*, quæ saltem in  
 corpore juris non clauduntur, ... quod hujusmodi reservationes fu-  
 turis temporibus nullatenus per quemcunque Pontificem fiant sine  
 declaratione Concilii generalis.

b) Statuat Conc. generale (*Constantiense*) quod Domini Car-  
 dinales habentes Ecclesiastica beneficia de facto, illa obtineant, si sal-  
 tem velint, quamdiu vivunt, sique ipsis decadentibus, vacare cen-  
 feantur ipsis Ordinariis collatoribus, non obstante *C. licet.* & *C. præ-*  
*fenti. de preb. in 6.* sicut si ipsis ex Romana curia discessissent.

c) Statuatur & ordinetur, quod in omnibus beneficiis electi-  
 vis, sive sint Patriarchatus, Archiepiscopatus, Abbatiae, Prepositu-  
 re, Primiceriatus, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratu-  
 s, Decanatus, aut alia beneficia electiva inferiora, serventur jura  
 de electione & postulatione in corpore juris contenta, cum omnibus  
 eorum Capitulis prout posita & ab antiquo per sanctos Patres practi-  
 cata sunt; quæ etiam beneficia electiva sub quacunque gratia expecta-  
 tiva cadere non debeant, sic tamen quod illæ electiones, quoties oc-  
 currunt facienda, postquam factæ sunt, per immediatos superiores  
 secundum formam juris examinentur, & canonice factæ confirmen-  
 tur, & quod nullo modo liceat summo Pontifici quidpiam in contra-  
 rium attentare, praeterquam in electis sibi immediatè subjectis, de  
 quibus habebit prohibere: vel nisi contingat quidquam in premissis  
 contra formam juris factum, aut esse quomodolibet attentatum, quo,  
 sicut ad id tenetur, ita sibi liceat taliter acta vel attentata retractando  
 sive in melius ordinando reformare cum potestate corrigendi vel pu-

nendi transgressores. Conf. *VAN DER HARDT* act. Conc. const. T. I. p. 999. Querelæ aliae nationis nostræ de Gravaminibus è medio tollendis motæ sunt in Avisamentis Moguntinis de an. 1440. protestant in der neuen und vollständigen Sammlung der Reichs-Abchieden P. I. p. 166. seqq. Confer quoque Tractatum: Rechts- und geschichtsmäßige Erörterung einiger die Concordata Nationis Germanice betreffender Fragen. Q. III. was für Klagen und Beschwerden seynd gegen die dadurch aufgebrachte Neuerungen geführet worden. apud L. B. de Cramer Nebenstunden T. 97.

IV. Reservationes istas exasperarunt superinductæ ANNATARUM \* exactiones potissimum sub CLEMENTE V. \*\* JOANNE XXII. \*\*\* & BONIFACIO IX. \*\*\*\* atque alias Nationi nostræ extorserunt querelas. \*\*\*\*\*

\* Annata: gmeratum: denotat certam portionem vel fructuum vel illorum valoris juxta canones & pacta ex beneficio Romano Pontifici pendenda; quatuor Annatarum species observat VAN ESPEN P. II. T. XXIV. c. IV. n. 13. seq. videlicet 1) propriè dictam. 2) Servitium Commune. 3) Servitia minuta. 4) Quindennum pro quorum intellectu eundem confule. Item ZALLWEIM T. III. p. 242. aliam divisionem nota THOMASSINUS P. 3. l. 2. c. 58. in antiquissimas, novas, & novissimas. ZALLWEIM l. cit. p. 244. .... Hic potissimum Annatarum origo investiganda venit: sunt, qui eam à jure regalium deducunt, uti de LUDEWIG Diff. de annar. c. 1. alii ab Inttronistico sive Emphanistico Justiniani, de quo Nov. 123. & Nov. 56. recentiores plerique ad ætatem JOANNIS XXII. reducunt. ESPENIUS l. cit. n. 18. inquit. Annatarum originem plures referunt ad JOANNEM XXII. in extrav. II. de præb. inter comm. ubi reservat Sedi apostolice fructus & proventus primi anni beneficiorum vacantium inferiorum Episcopatibus & Abbatibus in verbis: Præfertim cum Archiepiscopales & Episcopales Ecclesie ac regulares Abbatæ ab hujusmodi solutione fructuum in dictis literis eximantur. .... ob hanc exceptionem, & quia suam reservationem ad triennium restrinxit, credunt alii, huic Pontifici originem

nem Annatarum tribui non posse, sed earum Authorem esse BONIFACIUM IX. qui an. 1392. durante schismate, ingravescientibus rei pecuniaræ difficultatibus, ob continuos armorum fragores sanxit: *ut redigendorum ex omnibus sacerdotiis, que à Sede apostolica conferrentur, vestigalium, quæ primo labente anno obvenirent, dimidia pars in fiscum pontificium inferretur.* Conf. RAYNALD ad an. 1392. qui & ad an. 1399. refert verba THEODORICI A NIEM, quibus testatur hunc Pontificem primos fructus unius anni omnium Ecclesiarum Cathedralium & Abbatiarum vacantium suæ Camerae reservasse... Id milii omnino indubium est, occasionem Annatarum Pontificiarum exitissime sic dictas *Annatas Episcopales* testante id ipsum THOMA DE WALSHAM in *Hypodigmatibus Neusticæ* ad a. 1305. qui de CLEMENTE V. ita scribit: „Do-  
„minus Papa attendens, quod charitas incipit à se ipsa, primò  
„fructus sibi per totam Angliam reservavit, inductus per avari-  
„tiam Episcorum Regni Angliae postulantum primas vacationes  
„per annum in suis Dicecibus sibi concedi; nempe sumimus Pon-  
„tifex advertens, quia, quod petit inferior, postulare potest &  
„superior, appropriavit sibi ipsi omnes proventus de primo anno  
„vacantibus Ecclesiis per totam Angliam &c.“ Conf. cl. DÜRR  
*Diff. de annis carentiæ* p. 31. & seq.

\*\* Nemo ante CLEMENTEM V. fructus vacantium Ecclesiarum sibi reservavit, nec ulla in Decretalibus GREG. IX. & BONIFACII VIII. earum sit mentio, quin potius posterior clarè edixerit, proventus Ecclesiarum vacantium successoribus reservandos, aut Ecclesia illisque necessitatibus impendendos: sed neque CLEMENS V. annatas universales statuisse legitur, quia pro Ecclesia Anglicana tantum, & quidem ad biennium.

\*\*\* Hic ad subveniendum Ecclesiae Romanae necessitatibus ulterius processit, ac per universam Ecclesiam fructus primi anni omnium intra triennium vacaturorum beneficiorum, non elevisorum, scilicet Praebendarum canonic. Ecclesiarum Parochialium & Capellarum sibi reservavit; prout patet ex c. 2. de preb. inter comm.

\*\*\*\* A tempore hujus Pontificis qui Annatas non tantum sanctivit perpetuas, sed & ad Episcopatus & Abbatias extendit. (vide suprà) usque ad tempora Concilii Constantiensis Praelati & Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium & Collegiarum debebant solvere Annatas pontificias, seu medias primi anni fructus. Conf. cl. Dürer l. cit. p. 36.. Ill ab HONTHEIM H. D. T. II. p. 525. & 526.

\*\*\*\*\* Velut videre est ex unione Cleri Moguntini apud GUDENUM l. cit. n. III. patet quoque ex avisamentis Constantiensibus apud GOLDASTUM l. cit. confer quoque relationem JOANNIS DE BACHENSTEIN facta coram EUGENIO IV. apud Harduin. p. 1509. testatur porro de querelis JACOBUS WIMPHELINGIUS in replicis ad Aeneam Sylvium apud Goldastum alter Reichs-Abschied und Handlungen p. 57. ita inquiens: Germaniam ergo benignissimam nostram mater & sacrosanctam Sedes apostolica (apud quam summa constantia, summa veritas, summa religio) hac saltem pietate largitionisque moderatione dignetur, ut Archiepiscopis nostris & Episcopis intra paucos Annos è vita hac misera sublati mitius elementitusque cum successoribus agatur. Quod enim illi præstant, id ipsum plerumque à miserrimis agricultis & civilibus, cleroque (maxime rurali) corraditur & emungitur, quo per sepe Patres familias pro liberis educandis, ipsique sacrificuli, quorum beneficia nonnunquam opulentissimis incorporata sunt, pro vita sustentanda opus haberent: ne sedatio tandem vulgi sèpè hæc de re murmurantis (ut bis auribus Deum testor audivi) in ecclesiasticos suboriatur. Plus tamen æquo gravamina ista exaggerant protestantes, uti GEORGII Tr. de grav. Nat. germ.: quos refutat BARTHELIUS opus II. Diff. de aub. Pallii.

V. Convocato itaque Concilio Constantensi \* Præsules Germaniae in eo præcipue laborarunt, ut querelis suis salutare daretur remedium; \*\* quare placuerunt tandem a. 1418. inter Martinum V. & Nationem CONCORDATA QUINQUENNALIA \*\*\* per quæ Nationi datum fuit aliquod querelarum remedium. \*\*\*\*

\* Equi-

\* Equidem in Concilio Pisano ad reformationem disciplinæ attente oculos suos convertebant Patres, ceu in sess. 16. palam declarant; iis conformiter etiam neo-electus ALEXANDER V. quoad aliquot saltem capita abusuum medelam sess. 22. & 23. proposuit: Verum quia hic neò Pontifex non ab omnibus, & præcipue non à Rege Germaniæ in hac qualitate agnoscebatur, hinc initium hoc reformationis disciplinæ ad aliud Concilium remitti oportuit continuandum: Concilium itaque Constantiense erat illud, in quo maximo cum studio hoc in negotio laborandum videbatur.

\*\* Sanè querendi remedii ergo Deputati Nationis nostræ insigni cum profectu abusus, eorumque remedia enucleabant, & ad sanctionem generalem Concilii dirigebant gravamina sua una serie complexa in AVISAMENTIS CONSTANTIENSIBUS sub initio an. 1418. exhibitis. vid. supra n. III.

\*\*\* Nempè MARTINUS V. integræ reformationis executionem ob causas quas PLATINA in vita ejus refert, in aliud tempus distulit: usus iraque fuit idem Pontifex provisorio & intermissione modo, ut ad tempus satisfaceret Nationis nostræ querelis: quare cum eadem init quendam Concordiam in quinque annos, Pontificatus sui anno primo. Conf. FLEURY ad hunc annum. Eorum Concordatorum duplum formam refert editor Diplomaticus DUMONT Corps Diplom. Tom. II. P. 2. p. 109. unam ex MS. Caesareo Vindobonensi: alteram ex LEIBNIZIO per Joannem Cardinalem Ostiasem bullariter extensam.

\*\*\*\* Articuli ibi conventi inter alia quoad substantiam hæc continent:

a) In Ecclesiis Cathedralibus & Monasteriis apostolicæ Sedi immedietè subiectis instituendas electiones Canonicas, factasque ad apostolicam Sedem deferendas, ab eaque confirmandas: fin minus canonicè siant, aut infra tempus in constitutione NICOLAI III. quæ incipit: *cupientes*, definitum non præsententur, Ecclesiis à Papa prvidendum.

b) In reliquis monasteriis apostolicæ Sedi non subiectis, nec Romanis

mat eundum , nec confirmationem Romani Pontificis expec-  
tandam.

c) De solis monasteriis Monialium exemplis Papa disponere  
possit, sed per commissionem in partibus.

d) Pontifex beneficia ecclesiastica alternis duntaxat vicibus cum  
legitimis collatoribus distribuat.

e) Nisi spatio trimestri à die notæ vacationis Papa vacans bene-  
ficium contulerit, dispositio ejus Ordinario Collatori vindicanda sit.

f) In Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis Nationis Ger-  
manicae sexta Canonicaruum & Præbendarum pars Doctoribus, Li-  
centiatis, artiumque liberalium Magistris asservetur.

g) Ecclesiae parochiales, in quibus duo communicantium millia  
numerantur, solis itidem Doctoribus & Licentiatis Theologiae, Ju-  
risve Canonici vel Civilis aut Baccalaureis Theologiae committantur.

h) Negotium Annatarum examini Commissariorum subjiciatur,  
ut taxæ fiant iustæ.

i) Nullæ causæ Romam devolvantur, nisi quæ naturâ suâ &  
jure ibi ventilandæ.

k) Simoniae Crimen omnino proscribatur. &c. Conf. VAN  
DER HARDT T. I. p. 1055.... Ceteri interim abusus ad futurum  
Concilium reservati fuere.

VI. Ut pax tandem ex integro inter Nationem nostram & Se-  
dem apostolicam effloresceret, atque è medio tollerentur ab-  
usus singuli, novum BASILEÆ \* coaluit generale Conci-  
lium \*\* tum à novis ejus occasione exortis turbis \*\*\* tum  
à Decretis suis famosissimum. \*\*\*\*

\* Evidem quinquennio designato ad exitum vergente aperi-  
batur Concilium Papiae, quod mox ob pestem ad Senarum civita-  
tem

tam translatum, ibidem negotium reformatae discipline volebat assumere; verum ob impedimenta varia Concilium hoc *Senense* sperato caruit successu; unde reformatio Ecclesiastica ad Concilium aliud Basileæ intra septennium celebrandum debebat remitti. Conf. Bulla MARTINI V. apud RAYNALD. a. 1424. n. 4.

\*\* Concilium hoc pluribus Theologis malè audit, sunt enim, qui illud de serie generalium Conciliorum planè expungant: sunt, qui illud partim approbatum, partim reprobatum esse volunt: dum edita fuit Romæ an. 1608. Collectio Conciliorum, calenter disputatum fuit, an inter ea sit locus dandus Concilio Basileensi... Fuere in Concilio Tridentino, qui indignabantur authoritatem ejus allegantibus ... qui nigrè magis notari amat hoc Concilium, adeat *Anti-Febronium Italum* editum a. 1772. T. II. Diff. IV. c. IX. p. m. 281.

*Additio.* Quanquam Oecumenicatem hujus Concilii pro rotâ Ecclesia, approbationem & acceptationem Universalem non agnoscam: ubi enim locorum apertrè constat de positiva approbatione omnium decretorum vel ab EUGENIO vel à NICOLAO facta? Germanis tamen refractio memorie quoad certa decreta hujus Concilii, atque diligens auctorum ejus perleccio est prorsùs commendanda: tum propter intimum eorum nexum cum Nationis nostræ Concordatis, tum propter solennem eorundem acceptationem atque Sedis apostolicæ pro Natione nostra approbationem, agnoscente id pridem R<sup>mo</sup> ZALLWEIN O.S.B. T. II. p. 310. ubi inquit: „in ea synodo actum fuit de regendis finibus jurisdictionis & jurium Pontificiorum, de tollendis gravaminibus ab omnibus fere nationibus contra Pontifices propositis & oblatis, de gratiis expectativis abolendis, reservationibus restringendis, annatis prorsùs cassandis, appellacionibus ad Curiam Romanam coercendis, ex quibus maxima sanè sequi debuit immutatio in jure Ecclesiastico ... ex hac ulterius synodo Originem traxit Sanctio pragmatica Gallicana, & inde securum Concordatum Gallicum: huic potissimum synodo debemus nostra Concordata Germaniae... quod alibi jam montuimus, iterum iterumque monemus, nempe ut in pervolvendis hujus aliarumque mox præcedentium & subsequen-

rium synodorum actis sumus solliciti, quia ex his præcipue jura singularia nostra Germaniae sunt addiscenda, hucusque ille... unctione vir iste eruditissimus evolvenda cupierit ac monuerit synodi hujus acta & decreta: ea tamen inter Germaniae nostræ Concordata referre haesitavit. *sed de hoc in sequentibus.*

\*\*\* Juvat hic celebris hujus Concilii fata & natus tum temporis turbas brevi synopsi dare: Prima sessio habita 14 Decemb. 1431. ubi praelectis statutis variis, videlicet decreto Concilii Constantiensis sess. 39. de celebratione Conciliorum atque Decreto Martini V. una cum ejusdem bulla, quibus civitas Basileensis pro Concilio mox celebrando destinabatur, propositæ sunt cause fœx suadentes hujus Concilii celebrationem. 1) Ut haereses extirparentur. 2) Ut omnes Christiani populi ad unionem Ecclesiæ Catholicæ reducentur. 3) Ut ea, que Orthodoxæ fidei veritates spectant, edocerentur, 4) ut bella inter principes Christianos exorta sedarentur, 5) ut Ecclesia reformaretur in capite & membris. 6) Deinde ut vetus Ecclesiæ disciplina, quantum fieri posset, revocaretur. Verum EUGENIUS non multo post variis de causis illud dissolvere meditatus est, aliquidque Concilium indicere Bononiam, cui ingenti seſe aſtu oppoſuerē PP. Basileenses, eoque sunt progressi, ut 30 April. 1432. sess. 3. Eugenium & Cardinales ad caſam coram ipsis dicendam evocarent: post multas gravēsque utrāque ex parte concertationes ad annos circiter duos protractas tandem EUGENIUS SIGISMUNDI Imperatoris operā cum Concilio in gratiam rediit a. 1534. sess. 16... Concordia hæc per annos fermè quinque perficit, quorum intervallo Concilium legitimè continuatum fuit: verum cùm in sess. 25. sat multi Patres Conc. Basileense concluderent approbare summo Pontifice, alii verò Patres seſe huic conclusioni opponenter, nova erupit discordia; Basileenses denuò in jus vocarunt EUGENIUM, atque ad electionem novi Pontificis, deposito Eugenio, procedere non dubitabant. vide FLEURY H. E. T. XXVII. per totum.

*Additio 1.* Hic præterire vix potui quid sub finem a. 1439. præfiterit celeb. PANORMITANUS proprio nomine Nicolaus Tudesius natione Siculus, olim Abbatæ Ordinis S. Benedicti Panormi Abbas, po-

postea ejusdem civitatis Archiepiscopus: is tractatum scripsisse atque triplicem quæstionem adfirmasse ac probassse dicitur. 1) *An Basileense Concilium verè fuerit Oecumenicum?* 2) *An Basileense Concilium porro statim legitimam ipsum Eugenium citandi, & processum contra eundem faciendi usque ad depositionem inclusivè habuerit?* 3) *An de facto Basileense Concilium contra Eugenium justè processerit tam citando quam deponendo?* & præfatus scriptor synodum in nullo justitiae leges violasse tenet, de hoc tractatu **BELEARMINUS** L. de script. Eccles. hæc habet: *Ego certè inter ejus opera variarum editionum Librum illum nusquam reperi.* Verùm tractatum istum lego in ejusdem operum ultimo Tomo editionis Lugdunensis. a. 1531. vidi quoque illum in alia editione Lugdunensi de a. 1547. **GERBAISIUS** quoque Doctor forbonæ tractatum istum summa integritate ac insigni prorsus fide & sermonis puritate Gallicè reddidit a. 1697. argumento quoque à stylī similitudine criticis usitato constat verum *Panormitanū* parvum esse. quid ergo de eo sentiam? R. Fuisse summæ inconstantiæ virum, qui postquam trinā vice defensionem EUGENII contra PP. Basileenses suscepisset, teste **FLEURY** T. 27. p. 489. 502. 509. tandem ad PP. Basileensem castra politicis de causis transiit: mutasse tamen ex post mentem suam inde liquet, quòd ad calcem suorum operum differtis verbis contrarium afferat.

*Additio 2.* Quid verò inter enatas istas multiplices turbas egit Germania nostra? placuit eidem neutralitatis via, neque EUGENII neque PP. Basileensem sectando partes: „Edicimus & protestamur, „verba sunt compromissæ unionis S. R. J. Principum Electorum apud „MÜLLER im Reichs-Zags Theatro p. 31., ac invicem bonâ fide „promittimus, quòd nullam partem adversus alteram de præsenti „quomodolibet fovere proponimus, qui nimo, siquæ mandata, pro- „cessus vel edita, tam ab ipso Domino nostro Papa, quam à S. Ba- „sileensi Concilio ad nos aut subditos nostros emanare contigerit, „quasunque pœnas continentia, nos propter dubium probabile & „ad præsens indiscrepabile animos nostros suspensos retinebimus, ne „ulli parti adversus alteram favere videamur, & in sola ordinaria „jurisdictione circa prefatorum tam Papæ quam Concilii supremam „potestatem, Ecclesiasticae politiae gubernacula per Diœceses & ter-

„ ritoria nostra sustentabimus, donec Romanum Pontificem eligimus, nosque una secum de viis & mediis aptioribus pertractemus, quibus supradicta discordia inter præfarum Dominum nostrum Pam & sacrum Basileense Concilium tollatur è medio. FLEURY l. cit. p. 360. & 380.

\*\*\*\* Quam plurima in eodem edita fuisse decreta reformatoria, salutaria, pro abolendis gravaminibus perquam idonea, nemo abnegabit, qui acta ejusdem Concilii evolverit. Et si tamen Natio nostra eadem decreta sibi summè proficia agnosceret, ne latum tamen unguem eapropter à Neutralitate sua fe dimoveri sicut, qualitercumque Patres Basileenses eadem sollicitarent.

VII. Germania nostra suæ erga Sedem apostolicam obedientiæ memor à partibus Patrum Basileensium stare nolens, perspexit utilitatem imo necessitatem recipiendi nonnulla Basilensia Decreta; Hinc an. 1439. die 26 Martii Moguntiæ, erekto solenni Instrumento publico eadem acceptavit cum nonnullis moderationibus. \*

\* Instrumentum acceptationis Decretorum in elenco Conciliorum Mog. an. 1761. appromissum, ann. demum 1763. editum est in libello sub rubro: *Concordata Nationis Germanie integra*. an. 1771. cum additamentis recuso & hoc an. 1773. continuato. Inter decreta autem Basilensia à Germania acceptata sunt ista: Primo: Decretum per sacrum Constantiense Concilium factum, & per sacrum Basileense Concilium renovatum, *de auctoritate & potestate favorum generalium Conciliorum, temporibusque & modis eadem convocandi & celebrandi*, quod est primæ Sessionis. & incipit: *Frequens generalium Conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura est*. Item Decretum de Electionibus duodecimæ Sessionis, quod incipit: *Sicut in constituendo domo præcipua est Architectoris cura. Sed quia lex sic clare condi non potest, quin aliquam possit recipere dubitationem, petimus quatenus sacrum Concilium declarare*

rare dignetur, quod electiones Pontificum & Abbatum fiant servata forma in hoc decreto tradita, quod in caeteris inferioribus dignitatibus electivis quibuscumque sufficiat modus & forma juramentorum in eodem decreto expressi, ceterum statuere dignetur sacram Concilium, quod promovendus per Papam secundum quandam clausulam hujus decreti, que incipit: *nisi ex magna &c. remittatur* consecrandus, aut benedicendus ad suum superiore immediatum, nisi forsitan talis promovendus fuerit presens in Romana Curia, quo casu nihilominus remittatur, ut hujusmodi suo immediato superiori praefet debitum juramentum, quodque etiam confirmatio electionum fiat per immediatum superiore, ad quem spectat jus confirmandi, & si ipse sine causa rationabili confirmare distulerit, seu recusaverit, mediatus superior desuper adiri poterit; insuper, quod etiam contingat provisionem per sacram Concilium Dominum Papae non fieri, nihilominus electiones secundum formam hujus decreti, & supra declararam valeant fieri, & robur obtineant, neque propterea, quod sibi per sacram Concilium provisum non fuerit, quovis modo valeant impediri. Item decretum decimae quintae Sessionis DE CONCILIIS SYNODALIBUS & PROVINCIALIBUS observandum, quod incipit: *Pridem haec sancta Synodus quodam &c.* Item decretum decimae nonae Sessionis de *Iudeis & Neophytis*, quod incipit: *Salvatoris nostri Iesu Christi sequens vestigia &c.* Item omnia saluberrima decreta viceimiae Sessionis, quorum primum disponit de publicis Concubinariis, & incipit: *Quicunque Clericus cuiuscumque status, conditionis, religionis, &c.* Secundum de modo communicandi his, qui dicuntur excommunicati, *suspensi vel interdicti*, & incipit: *Ad vitanda scandala &c.* Tertium de modo & forma ponendi interdictum in loco, & divina resuendi, & incipit: *Quoniam ex indiscreta &c.* Quartum de modo appellandi vel non appellandi ante sententiam, & incipit: *ut lites ciuius terminentur &c.* Similiter omnia Decreta viceimiae primae Sessionis quorum primum tollit ANNATAS: circa hoc tamen decernentes sacram Concilium declarare, quod non intendit per hoc Decretum prohibere, quin licet exigatur & solvatur, si quid tempore receptionis beneficiati solitum sit solvi Fabricae, vel pro Ornamentis Ecclesiæ vel simili casu, ad usum tamen divini cultus, &

non

non ad privatum commodum personarum convertendum. Secundum Decretum vicesimæ primæ Sessionis disponit de pacificis possefforibus non molestandis, & incipit: *Quicumque non violentus &c.* Tertium docet, quomodo divinum officium sit in Ecclesia celebrandum, & incipit: *Si quis Principem saeculi &c.* Quartum ostendit, quo tempore debet quisque esse in choro, & incipit: *Qui in matutinis &c.* Quintum, qualiter extra chororum horæ Canonice sunt dicendæ, & incipit: *Quoscunque etiam &c.* Sextum de his, qui tempore divinorum vagantur per Ecclesiam, & incipit: *Quicumque in Ecclesia &c.* Septimum, quod tabula pendeat in choro, & incipit: *Ut cuncta in domo Dei ordinate &c.* Octavum, quod in Missa compleatur Credo, & quod non basse legatur Missa, & incipit, *Abusum aliquarum Ecclesiarum.* Nonum de pignorantibus cultum divinum, & incipit: *Abusum illum cultui div.* Decimum de Capitulis tempore Missæ non tenendis. & incipit: *Prohibet hæc sancta Synodus.* Undecimum de spectaculis in Ecclesia non faciendis, & incipit: *Turpem etiam illum.* Similiter decretum de numero & qualitate Cardinalium, de quo in vicesima tertia Sessione, & incipit: *Cum summo Pontifici.* Item Decretum ejusdem vicesimæ tertiae Sessionis de electione casandra, ex qua turbari posset Ecclesia, & incipit: *Licet dudum hæc sancta Synodus.* Item Decretum ejusdem Sessionis, per quod reservationes tolluntur, & incipit: *Et quia multiplices.* Circa hoc tamen dignetur sacrum Concilium jūs Commune renovare, quod Papa hujusmodi beneficia in dicto Decreto sibi reservata conferat infra spatiū unius mensis, alioquin ordinarii conferre valeant, quodque provisi à Papa infra quatuor menses ordinarii suam provisionem sub pena amissionis juris insinuare debeant. Item Decretum ejusdem Sessionis tollens Clementinam litteris, de probatione, & incipit: *Licet in Apostolici.* Insuper Decretum tricesimæ Sessionis de Communione Sacramenti Eucharistie, & incipit: *Ut lucidius videatur pro declaratione.* Item Decretum de Collationibus beneficiorum in tricesima prima Sessione, & incipit: *Placuit divina pietati; cum aliis Decretis de qualificationibus & ordine promovendorum loquentibus.* Supplicatur tamen facio Concilio, ut declarare dignetur, quod vigore horum Decretorum non intendit tollere inferioribus ordinariis tempus Lateranensis Concilii quodque ante ipsius lapsum

non

non habeat locum præventio; cæterum, quod in natione nostra in gratiis, quas Dominus Papa adhuc facere habet, præferatur Theutonicus non Theutonico in Ecclesia Theutonicali, præsertim Parochiali. Similiter ultimum Decretum tricesime primæ Sessionis disponens de causis & appellationibus &c. quod incipit: *Ecclesiasticæ sollicitudinis studium &c.* Cæterum Decreta, quæ simpliciter sunt acceptanda, simpliciter acceptamus, alia cum suis modificationibus & declarationibus sub spe, quod per sacrum Concilium approbentur & decretentur, acceptamus sic modificata & declarata.

*Additio.* Tria circa haec decreta Concilii Basileensis 26 Martii an. 1439. Moguntiæ in amplissimo Regis Romanorum & Principum Imperii &c. Conventu acceptata novissimè mota fuere dubia:

Primum: An verum, legale, & genuinum horum decretorum exemplar existat?

Alterum: An alicujus authoritatis, valoris ac ponderis sint hæc decreta?

Tertium: Utrum deducta fuerint in usum?

Ad hæc respondit nuperius Cl. WÜRDWEINIUS Archiepiscopi Moguntini officialis Vir de re Literaria ac Diplomatica meritissimus, in suis subtilis Diplomaticis Tom 2. an. 1773. p. 332. Ad primum: Originale & authenticum exemplar acceptationis Decretorum in Archivio Moguntiæ asservatur. Aliud Originale authenticum & priori per omnia simile repositum extat inter chartas insignis Ecclesiæ Collegiaræ B. M. V. ad Gradus Moguntia; sed quâ ratione & via ad hanc Ecclesiam devenit? R. Theodoricus Ebbrach ejusdem Ecclesiæ Canonicus ipsi actui acceptationis praefens ut Orator Alberti II. Romanorum Regis facile potuit hoc diplomate Chartarium B. M. V. ad Gradus ditare & exornare: aliam viam indigitat Bulla Eugenii IV. N. IX. sub juncta, quâ Archiepiscopo Moguntino THEODORICO hujusque successoribus concessa facultas declarandi Decreta Concilii Basileensis acceptata, & super iis dandi testimoniales: Nominatus enim in ea Praepositus B. M. V. ad Gradus Joannes de Lysura (ad Mosellam) per plures annos Basileæ negotia Concilii pertractavit, eidemque Pon-

tifex in commissis dedit, ut, quodsi Archiepiscopus Moguntinus super acceptatione decretorum ac possessorum pacificatione literas testimoniales ac declaratorias expediri fecerit, easdem literas ipse Praepositus & sui in Dignitate successores cum aliis in Bulla designatis sigillis suis corroborarent .... pro existentia ergo acceptationis Decretorum sat superque comprobanda sufficit exemplar sub sacro deposito & custodia Archivii Imperialis: uti & alterum in Ecclesia ad Gradus Moguntiae asservatum: allegat quoque aliud exemplar RAYNALDUS Baronii continuator T. XVIII. annal. Eccles. p. 212. existens in MS. Codice Vallicellano lit. B. n. 19. p. 10. ad 14. Quodsi quoque Archivia eorum, qui acceptationi intererant, curatius excuterentur, non dubitarem, quin plura exemplaria prodirent.

Occasio secundi dubii inde ora videtur, quod nigris nimium notis adumbratum sit Basileense Concilium, eo quod tandem in concilium desierit: sed ratio ista penitus infirmatur: quis enim somniavit unquam decreta ista, prout hujus Concilii sunt, obligare? aliter longè se res haber: considerantur decreta ista ut novae leges fundamentales Ecclesiae Germanicæ salutares & proficuae, quæ in conventu Moguntino salvis modificationibus acceptatae & à summo Pontifice compromatae fuerunt.

Quodverò tertio Decreta sèpissimè nominata suum sortita fuerint effectum, Eugenii IV. Bulla suprà cit. & N. IX. subnexa indicat: testantur quoque statuta synodalia Theodorici Archiepiscopi Moguntini de an. 1451. cuius caput primum ita sonat: *Primo Synodus sancta acceptat ordinacionem five decretum Sacri Basileensis generalis Concilii de Provincialibus & Dicecisanis Conciliis celebrandis editum ac dudum per nationem nostram acceptatum in antea practicavi & observari præcepit...*  
*Tenor verò statuti Basileensis Concilii... est talis: „Sacrosancta generalis*  
*„Synodus Basili. in Spiritu S. legitimè congregata universalem Ecclesiā*  
*„repræsentans ad perpetuam rei memoriam. Pridem haec san-*  
*„cta Synodus quoddam saluberrimum promulgavit decretum pro*  
*„stabilitate & robore generalium Conciliorum, quorum frequens*  
*„celebratio præcipua & agri Dominici cultura, verùm cùm ad ean-*  
*„dem culturam non dubium sit pertinere Episcopales Synodos &*  
*„Concilia provincialia &c. „ Huic Concilio provinciali intererat*  
*Nico-*

Nicolaus tit. S. Petri ad vincula Cardinalis, & apostolicæ Sedis legatus, qui constitutiones ejusdem sic confirmavit: *Quoniam captas conclusiones per vos R<sup>um</sup> in Christo Patrem Dominum Theodoricum Archiep. Mog. consentientibus Comprovincialibus vestris legi audivimus & eas reformationi, quam querimus, judicavimus plurimū profuturas ipsas... ratas & gratas habentes autoritate Apostolica nobis tradita in Dei nomine confirmamus &c.* Extant quoque plures Synodi Dioceſanæ quæ alterūmve decretum ex acceptatis pro temporum ratione & circumſtantīs innovarunt.

VIII. Neutralitate istâ ad sex annos usque protractâ, ne malaſtū contra centrum unitatis prodirent effectus, Electoralis unio Francofurti de an. 1446. ostium redeundi ad poſitivam obedientiam aperuit, Eugenium nempe pro legitimo Pontifice agnitura, dummodo decreta Basileensia servaret, & nonnulla alia Nationi indulgeret. \*

\* Petitum nempe fuit 1) ut in uno sex Germanicæ nominatorum locorum mox Concilium convocaretur. 2) Ut professio potestatis, authoritatis &c. generalium Conciliorum militarem Ecclesiā repræsentantium per Oratores apostolicos facta literis apostolicis approbaretur. 3) Ut nationi Germanicæ super suis gravaminibus opportunè provideatur. 4) Ut quæ in prejudicium duorum Principum Electorum Coloniensis Theodorici Comitis à Mœrs, & Trevirensis Jacobi à Sirck acta sunt revocentur & in pristinum statum redigantur. FLEURY ad an. 1446.

IX. Quare anno 1447. Germani Legationem ad Eugenium

IV. Romam destinarunt, Nationem ad ejus obedientiam reddituram esse, ubi petitis suis & acceptatis annueret: auditâ quoque Legatione EUGENIUS postulata concessit \* atque specialibus constitutionibus desuper editis approbavit. \*\*

\* Id potissimum factum fuit operâ *Aeneae Sylvii S.R.E. Cardinalis atque Joannis de Lysura* (a) Praepositi B.M.V. ad Gradus Moguntiae teste *GOBELLINO Comment. Lib. I. Pii II. pag. 13-* apud *MÜLLER Reichs-Tags Theatro* p. 347. Confer quoque *HÆBERLIN allgemeine Reichs-Historie achter Band* p. 10. & seqq.

(a) Hic JOANNES DE LISURA pro more aevi ita dictus, quia Lisuræ ad Mosellas, quæ est in Territorio Trevirensi Praefecturae Wittiacensis pagus, erat oriundus, fuerat inter viros Germaniae eruditos tempore Concilii Basileensis celebrius admodum, & strenuus ab initio Jurium & libertatum Ecclesiae germanicae vindex, Theodorico ab Erbach Archiepiscopo & Electori Mogunt. à Confiliis Ecclesiasticis, & ejus in Spiritualibus Vicarius generalis: a. 1434. Romam ad Eugenium IV. Pontificem missus ad petendum pallium Archiepiscopale testante Bullâ papali in in L.B. DE GUDENUS *Cod. Diplom. T. IV. p. 216. n. XCIII*, ad tollendum dissidium inter Eugenium IV. & Patres Concilii Basil. enatum a. 1438. ab eodem Electore destinatus fuit legatus ad Concilium Basil. testantibus litteris Electoralibus eodem Anno ad Capitulum Collegiate B.V. ad Gradus Moguntiae datis apud alleg. GUDENUM l.c. p. 239. & quidem ea ex causa, quod hucusque in hujusmodi negotiis pro nobis in sacro Basiliensi Concilio orator extitit, sibique materia dissensionis hujusmodi competentia nota sit. Habuit Joannes de Lysura partem præcipuam Avisamentorum Mogunt., acceptationis Decretorum Concilii Basil. a Germanis factæ, Neutralitatis Germanorum tempore schismatis, stabilitate Unionis Electoralis de a. 1446., Concordiae cum Eugenio IV. Pontifice initæ, & denique Concordatorum Aschaffenburg. de a. 1448. Conf. summa Conciliorum Basil., Florent. &c. authore AUGUSTINO PATRITIO a. 1480. conscripta in HARTZHEMII *Conc. Germ. T. V. p. 852.* notatu autem digna sunt, que de illo scribit AENEAS SYLVIUS in *Historia Friderici III. Imper. in KOLLARII Anecdoto Vindob. T. II. col. 114.* Joannes de Lysura fœderis (scilicet quod inter 6 Electores excluso Boemo initium fuerat, seu Unionis Electoralis de a. 1446., quæ legi potest in MÜLLERI *Reichs-Tags Theatro Friderici V. p. 248.*) & Aut.

Ebor & Defensor Moguntinum in sententia tenebat, cùmque res diu  
 imutiliter tractaretur, ad pecuniam tandem recurrere oportuit, cui  
 rarae obediunt aures, hæc domina curiarum est, hæc aures omnium  
 aperit, huic omnia serviant, hæc quoque Moguntinum expugnavit,  
 non quid ipsi quicquam promissum fuerit, sed inter quartuor eus con-  
 filiarios duo milia florenorum rheneisianum erogata sunt, quæ bono  
 animo Cæsar (Frid. III.) solvit, ne se spreto Electores ad partes  
 Concilii (Basil.) Felicissime declinarent, quam summam Nicolaus (sci-  
 licet quintus Pontifex) postea per Aenam Fridericico remisit. Deinde  
 describit AENEAS SYLVIUS, quæ ratione legatio ab Imperatore  
 & Electoribus Romanam missa fuerit ad Eugenium IV. Pontificem  
 eo fine, ut si Notulas ab Aenea Sylvio compositas acceptaret,  
 obedientiam nomine Nationis german. præstarent, ac pergit:  
 Joannes de Lisura jam mutatus erat, & in Legatione Moguntini  
 venit. nec defuit liberalitas Pontificia erga Joannem de Lisura  
 post condita Concordata Aschaffenburg., dum non solum crea-  
 tus fuit Praepositus Collegiate ad Gradus B. M. V. Moguntiae,  
 cuius antea saltem erat Canonicus, sed & dum obiit a. 1453. in  
 craftino S. Catharinæ (26 Nov.) in mense Papali Moguntiae D.  
 Joannes Flach de Schwartzenberg Cantor Ecclesie Cathedr. Spi-  
 rensis, & Custos Metropolitanæ Moguntiae, huc ex collatione  
 Apostolica in Prebenda Spirensi, in Cantoria autem, cuius col-  
 latio ad Episcopum Spirensiem pertinet, dubio procul accedente  
 Episcopali consensu successit. a. 1455. usq; Sanct. Jörgen Abend  
 (22 Aprilis) una cum Swicardo de Sickingen Praefecto Bretthei-  
 mensi in causa quadam arbitrum egit, & laudi hæc sunt initialia:  
 Ich Johan von Lisier in Geistlichen Rechten Doctor, Probst  
 zu unsrer Frauwen zu Menze und Senger der merern (Cathe-  
 dralis) Stifts Spier 26. in Codice antiquo Ecclesie Cathedr.  
 Spir., cui novarum Regularium Chori nomen est inditum, legitur:  
 ad prandium in propinione Episcopi Presbyterorum Joannis Evan-  
 geliste (qualis Moguntiae adhuc est in usu, diciturque Choropis-  
 copus) legavit Magister Joannes de Lisura Cantor i flor., qui com-  
 paratus est cum XX. Florenis a. MCCCLXV. obiit vir hic  
 memoria dignus a. 1459. die 27 Augusti, prout testatur NECRO-  
 LOGIUM Ecclesie Cath. Spir., ubi hæc sunt annotata: Anno

Domini MCCCCLIX. die S. Ruffi (XXVII Aug.) obiit Magister Joannes de Lysura Cantor hujus Ecclesiae. Tumulum sibi elegit in Carthusia Moguntina, dubio procul ex ratione, quod per tempus inclinari in partes Felicis V., qui Eugenio IV. fuerat oppositus à Concilio Basil. & more Carthusianorum cremiticam duxerat vitam & lapis sepulchralis, qui tegit ejus cineres adhuc hodie conspicitur in Ecclesia Carthusianorum Mogunt. & quidem in Capella B.V., ubi legitur haec inscriptio: *An. Dni MCCCCLIX die XXVII Augusti obiit Venerabilis Pater Dominus Joannes de Lysura Prepositus B.M. ad Gradus Moguntie.* Biographia haec, ad quam per transennam deducti sumus, cum Anekdotis relatis de praecipuo nostrorum concordatorum artifice eò gratior erit litteratis, cum exinde aliquod Concordatorum Ænigma luce quadam perfundatur; de cætero quia Joannes de Lysura opem litterariam præstítit Nicolao Cusano Cardinali & Episcopo Bruxinensi origine pariter Trevirensi in nota controversia cum archiduce Austriae Sigismundo, sic adversarii de illis lepidum illum composuerant verbum: *Cuja & Lysura pervertunt singula jura.*

\*\* Bullam restitutionis duorum Archiepiscoporum vide in Lib. Concord. Nat. Germ. T. I. p. 138. Bulla confirmationis Decretorum acceptatorum sequens est: Eugenius Episcopus, servus servorum Dei ad furaram rei Memoriā. Ad tranquillitatem & commoda omnium Christi fidelium, & præsertim Nationis Germanicae quam apostolica Sedes singulari affectione prosequitur, diligendi studio intendentes, ea libenter concedimus, per quae ipsius Nationis personarum quieti & commoditatibus consulatur. Sanè ad instantiam Charissimi in Christo Filii nostri Friderici Rn. Regis, illustris & venerabilis frarris nostri, Theodorici Archiepiscopi Moguntinensis, ac dilecti filii nobilis Viri Friderici Marchionis Brandenburgensis, per alias nostras Litteras, nonnulla circa Concilium Constantiense, ejusque Decreta, nec non futuri convocationem Concilii mentem nostram concernentia declaravimus, prout in ipsis litteris plenus continetur. Super aliis autem Decretis Basileæ editis, & per claræ memoriae quondam Albertum Rnum Regem acceptatis. ex quorum observantiâ Natio Germanica præfata ex pluri-

pluribus gravaminibus dicitur relevari; contenti sumus, volumus,  
 ac decernimus, quod omnia & singula vigore Decretorum hujus-  
 modi cum suis modificationibus acceptatorum, per eos, qui illa  
 acceptarunt, vel acceptantibus in Natione præfata adhaerent, us-  
 que in præsentem diem, quomodolibet gesta vel acta sunt, cum  
 omnibus inde securis rata, firma & inviolabilia persistant, nec in  
 posterum à quoquam quavis auctoritate cassari, annullari aut irri-  
 tari quovis modo valeant, vel revocari; quodque omnes & fin-  
 guli, qui usi sunt illis, ac in vim dictorum Decretorum, à die ac-  
 ceptationis eorundem quidquam consecuti sunt, securi sint & quieti,  
 nec propterea impeti, turbari aut molestari possint, quomodolibet  
 in futurum. Super observatione vero & modificatione Decreto-  
 rum eorundem cum nonnulli Prælati nationis præfatae ex eisdem  
 Decretis gravatos se fore conquesti sint, cunque in illis Apostolicae  
 Sedi, quæ multum in suis Juribus ex ipsis Decretis gravata dig-  
 noscitur, recompensatio promissa sit, decrevimus, Legatum no-  
 strum sufficienti potestate ad partes Germaniae hujusmodi transmit-  
 tere, qui medianibus Rege, Archiepiscopo, & Marchione præfa-  
 tis ac aliis ejusdem nationis Principibus & Prælatis, cum quibus  
 fuerit opus, super observantia & modificatione Decretorum hujus-  
 modi, nec non super provisione Sedi prædictæ faciendis tractare  
 poterit, & finaliter concordare. Permittentes interim & indul-  
 gentes, quod omnes & singuli, qui prefata Decreta receperunt,  
 vel recipientibus, ut præmissum est, adhaerent in præfata na-  
 tione, illis similiiter cum modificationibus, quibus recepta sunt, li-  
 bere & licite uti possint, quas etiam circa singula præmissa manu-  
 teneri & defensari volumus, donec per Legatum hujusmodi, ut  
 prædictum est, concordatum fuerit, vel per Concilium, quod ad  
 prædictorum Regis, Prælatorum & Principum exhortationem  
 convocare proponimus, aliter fuerit ordinatum; non contraven-  
 turi, nec contravenientibus consensuri quovis modo. Speramus  
 autem, & à certo tenemus, dictos, Regem, Archiepiscopum,  
 Marchionem & alios Principes & Prælatos tanquam devotos ipsius  
 Sedis non pauciros, medio tempore Romanam Ecclesiam remanere  
 in suis juribus spoliatam. Hanc autem concessionem ad eos, qui  
 declarationi vel obedientiae per suos Prælatos vel Superiores nobis  
 factæ,

factæ, aut infra sex Menses facienda se opponerent, nullatenus extendi volumus, vel eis opirulari. Nos enim ex nunc irritum discernimus & inane, si secus super his, à quoquam. quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino homini liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, permissionis, concessionis & voluntatis infringere, vel ei atisu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadrageſimo quadragenteſimo ſeptimo, nonis Februarii, Pontificatus nostri anno ſexto decimo.

Specialem Bullam concessit Pontifex tum temporis Archiepiscopo Moguntino ſequentis tenoris: *Eugenius Episcopus servus fervorum Dei venerabili Fratri nostro Theodorio Archiepiscopo Moguntino ſalutem & apostolicam Benedictionem. Tuae fraternitatis, quam ad nos, & Sedem Apostolicam habere dignosceris, & nuper operum ab effectu dum per oratores tuos te sub obedientia & devotione noſtræ, firmiter ſtare, & permanere velle alios ad ſimilia facienda per hoc allicieando, quamvis de illa nunquam dubii fuerimus, declarasti, promeretur, ut petitiones tuas his præſertim, per quas Concordata & inita inter nos Carißimum in Christo filium nostrum Fridericum Romanorum Regem illuſtrem te Principes & Praelatos plures Nationis Germanie manuteneantur, ne ſuper illis difficultates inter contendentes oriāntur, ad exauditionis gratiam admittamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat, quod licet nos nuper ſuper acceptatione certorum decretorum per diu memorie Albertum Regem Romanorum illuſtrem te & alios Principes Electores illisque adhaerentes acceptatorum ac illorum, qui in vim illorum quidquam consecuti ſunt, nec non pacificatione poſtſefforum ad certam cum iisdem concordiam, prout in diversis quoq[ue]aliis litteris noſtris, quarum tenoris præſentibus ac fi de verbo ad verbum hic inferre forent, devenerimus, nihilominus quia proviſio circa illa in genere loquitur, nec poterant omnes, quorum inter ipſa eft, ſpecificari, cupis tales in tuis provincia civitate & Diœceſi Moguntinenſi ſpecificare ac de illis attestari, nec non ubi petiū ſeu opus viſum fuerit declarationes facere poſſe tempore procedente.*

Quare

Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi super his opportunè providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui tales, quorum interest, ad præsens specificare non valemus supplicationibus tuis hujusmodi inclinati tibi, quoties opus fuerit, super acceptatione decretorum ac possessorum pacificatione juxta concordiam præfatam litteras tuas testimoniales tuo, ac dilectionem filiorum Decani & Scholastici majores ac sancti Petri extra & beatæ Mariæ ad Gradus intra muros Moguntinensium Ecclesiarum Præpositos pro tempore existentes appensis sigillis sigillatas & per notarium publicum subscriptas dandi concedendi & an sub concordia & generalitate præfatis h̄c quorum interest contineantur & per easdem intelligantur seu comprehendantur ac si præsentibus ipsis & adversarii seu competitores eorum in dictis litteris nostris nominatim expressi forent ita & taliter quod eis in iudicio & extrâ fides adhibeatur declarandi & attestations faciendi auctoritate apostolica plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadragesimo sexto, id. Februarii Pontificatus nostri anno sexto decimo.

*De Curia*  
L. DE CASTILIONO.

X. Cùm per Concordata ista per Eugenium IV. approbata Natio nostra obtinuerit gravaminum suorum remedium: restabat, ut Sanctissimæ Sedi redhostimenti loco quidquam concederetur \* quare in Dicta Aschaffenburgenſi a. 1448. recompensatio in puncto reservationum & annatarum Concordatis finalibus feliciter conclusa fuit \*\* anterioribus de cætero in suo esse conservatis. \*\*\*

\* Recompensatio ista appromissa fuit EUGENIO IV. si annueret petitis, ceu ostendit Bulla confirmatoria Decretorum Basileenſium §. 3.

\*\* Concordata ista cum suo Originali collationata exhibent  
Concord. Nat. Germ. integra. l. cit.

\*\*\* Id clarè loquitur ipsa Concordatorum litera versu „in  
aliis autem, que per felicis recordatio:is EUGENIUM Papam IV.  
pro Natione p̄fata usque ad tempus futuri generalis Concilii permissa,  
concessa, indulta, atque de c r e t a , & per memoratum sanctissimum D.  
Papam NICOLAUM confirmata fuere, in quantum illa concordiae  
præsentí non obviant, iſtā vice nihil extitit immutatum.“

Additio. Salvum iraque & illæsum perstat Principiū à viris  
Celeberrimis NELLERO, SCHLOER, atque AUTHORE MO-  
GONO Concord. Nat. Germ. adoptatum: Nihil Vi Concordatorum  
Germanie summo Pontifici reservatum manet, nisl quid per Concordata  
Aschaffenburgensia eidem redhōfimenti loco EXPRESSE cessum & ad-  
dictum: Fluit hoc liquidò ex allata Clausula Nicolai V. Concordatis  
Aschaffenburgensibus exp̄resse inserta: nititur Concordatorum histo-  
riæ, atque sanæ in puncto occurrentis collisionis pacta anteriora inter  
& posteriora hermeneusi: est equidem author novissimus, id ipsum  
principium evertere conatus, prætendens Consecrationem Suffraga-  
neorum S. Pontifici per Concordata reservatam, de quâ nulla expressa  
in Concordatis Aschaffenburgensibus mentio: verum quam parum  
ista ex Concordato summo Pontifici reservata manet, quin potius  
ex Decretis Basileensibus à Germania acceptatis Metropolitis jure  
postliminio exp̄resse & per literam restituta sit: tam parum ex al-  
lato exemplo hoc principium corruit: sed de materia ista specialis  
disquisitio ad aliud tempus reservetur.



DIS-

# DISSERTATIONIS

## PARS ALTERA

### EXHIBENS

#### THEMATA JURIDICA CONCORDATORUM

I. **S**tabilità Concordatorum Historia, indubitatum est, Sedem Romanam cum Natione nostra super certis quibusdam juribus tractare & potuisse \* & decuisse \*\* falvo jurisdictionis Primatu Romani Pontificis divinitus instituto. \*\*\*

\* Sunt, penes quos vox Concordatorum pessimè audit, quasi Pontifex se in vim pacti cum exteris ligare nequeat, eò quod jurisdictionem aliaque jura non ab Ecclesia, multo minus ab Imperatore aut proceribus germaniae habeat, hisce proin juribus in præjudicium tum proprium tum successorum suorum renuatiare ne in minimo quidem possit: verum inanis est, atque hodie explosa illa opinio, post se trahens sequelas absurdas, bono utriusque reipublicæ nocivas, ipsis adeò Pontificibus injuriosas: vel enim Pontifices ita spondere potuere vel non? quidquid alterius opinionis patroni velint, labyrintho se implicabunt, & Catholice Religionis & Sedis Pontificie hostibus non unam cavillandi ansam præbebunt, quod rimanti patebit... quanquam non diffitear, siquid concederet contra unanimem doctrinam Ss. PP. contra vera & genuina privilegia Cathedrae Romanae, eaque certa & indubitate, siquid iremifibile juris à se abdicaret, cessio corrueret; at num omnia, quæ prætenduntur esse privilegia vel authoritates S. Sedis, sunt re certa juris Divini & inaddicabilis? ubi Christus vetuit Pontifici, ut de juribus suis secundariis aliquid in bonum ipsum Ecclesie atque ad dissidia tollenda per modum etiam transactionis remittat? sanè

Christus in Ecclesia non instituit regimen politicum, despoticum, sed legibus prudentiae, mansuetudinis & charitatis temperatum, & eo ipso tale, quo pax & tranquillitas publica, intimus nexus inter Imperium & Sacerdotium conservetur. Conf. ZALLWEIN T. III. p. 301. SCHMID T. I. p. 85.

\*\* Hoc ipsum ex anterioribus palam est: ea enim est benignissimae Matris Ecclesia Romane indoles, ut Oves suas balantes decenter exaudiat, ut eas conservet in suo sinu, maximè remedio amicabilis Concordiae.

\*\*\* Ecquid enim de isto per Concordata remisit Pontifex? Salva manent ea singula, quæ Primatus iste in complexu tener: Intacta manet

1) *Suprema & Generalis omnium Ecclesiarum cura atque sollicitudo tum intuitu fidelium*, ut fides Catholica per universum Orbem sit eadem, & servetur immaculata, ut unam sanamque doctrinam profiteantur singuli; tum *intuitu pastorum*, omnibus totius Orbis Episcopis invigilandi, devios ad muneric executionem revocandi, eorum negligentiam & absentium quacunque ex causa defectum supplendi, insufficientes ac impotentes adjuvandi, oppressos tuendi & confirmandi: Incolmis perstat

2) *Custodia atque vindicta Ss. Canonum.*

3) *Judicium saltem provisionale in rebus fidei & morum.*

4) *Potestas pro omnibus Ecclesiis condendi leges, etiam, ubi opus fuerit, coercitives.*

5) *Primaria cura & opera, ut ex universo orbe Pastores & Episcopi congregentur, sub ipsius hierarchico praesidio ortas in fide moribusque controversias ultimato & inerrabili judicio decisuri, definituri, subscripturique... Nihil in his per Concordata detractum legimus: hic enim agitur tantum de juribus secundariis, de reservatis, quæ successu temporis eidem accesserunt, quies extendebatur usus & exercitium ejusdem potestatis, querulantibus contrà Nationibus. Conf. Cl. SCHLOER Diff. ad Concord. Germ. Mogunt. a. 1771. ubi hanc in rem*

rem sequentia adfert: „NATIO GERMANICA IN VERO GENERE SUBJECTIONIS ROMANO PONTIFICI EJUSQUE POTESTATI CLAVIUM SUBORDINATA EXISTENS, in adiaphoris circa collationes beneficiorum, causasque particulares cum Sede romana confictata fuit, justa habens gravamina, pro quibus sopiaen-  
dis tandem amicabilis prodiit compositio, quam CONCORDATA dicimus: consequenter in hypothesi justae collisionis securae inter caput Universale & ejus membra, remanet quidem Imperium universale, sed nexus laxatus in tantum, ut que deinceps in causis hisce controversis utrimque aguntur, censeantur faltem quoad praefens NEGOTIUM INTER PARTES geri, cessante tantisper vinculo Imperantium & parentium, hic non est locus autoritati vel Imperio, sed aequitati prudentiae & moderamini, non enim versamur in iis, quae ad causas universales v. g. fidei, aut quae ad jus & officium universalis primatū pertinent; sed in iis, ad que summi Pontifices serius manus suas extenderunt post Decretales Isidori, tempore Calamitatis, causa & casu particulari, ubi summi Pontifices post excessivas reservationes suas potuerunt & voluerunt sibi moderamen injicere.“

II. Cūm constet summum Pontificem cum Natione nostra concordare ita potuisse ac decuisse: Erūntne Concordata ista mera gratia, privilegium, aut nudus favor intuitu Nationis nostræ? \*

\* Affirmant id ex Germanis veteres CHOKIER, BRANDEN, NICOLARZ, qui p. 283. §. 6. inquit: Concordata summi Pontificis cum aliquo rege non tam habent vim pacti quam cujusdam privilegii: Itali ferè omnes immitentes Decisioni Rotæ Romanæ in una Leod. Canoniciartus 15 Martii 1610. his verbis: „& que alias dicuntur, quod Germaniae Concordata habent vim contractus, vel non sunt vera, quia spiritualia non cadunt in commercium, sed expediuntur per viam gratiæ: vel Papa per hujusmodi Concordata nihil de novo acquisivit, sed multum de jure suo remisit, unde remanent privilegii merum, „hactenus Rota.“

III. Argumentis id affirmantium inattentis, Concordata ista  
tum Principum \* tum Aschaffenburgenſia ſortiuntur veram  
indolem & naturam paſti \*\* atque Legis fundamentalis Im-  
perii \*\*\* obligantis omnes Germaniae & Imperio ſubjectas  
Eccleſias. \*\*\*\*

\* Solidè & eruditissimè id oſtendit conſultiſſimus NELLERUS  
Diff. de cerris S. Concilii Baſileensis Decretis maximè hierarchicis  
a Germania & Gallia an. 1438 & 1439. acceptatis. edit. 1764. de-  
nuo recura in Thesauro J. E. opera Antonii Schmid Professo-  
ris Heidelb. a 1772. pag. 270. qui c. I. §. XV. ait: *Sunt itaque De-  
creta Baſileensia in quantum ab inclita Natione noſtra acceptata &  
modificata neque per Concordata an. 1448. variata, adhucdum vera  
pars corundem Concordatorum utpote relatum inſigne & praedicum iſ-  
tius referentis: recedens à Cl. Barthelio, quin illus eruditorum id  
ei ſuccenſere poſſit.*

\*\* Irrefragabilis hujus aſſerti ratio petitur ex ipſis diplomaticis  
principiis: quis enim non videt iis maniſtē adverſari, privilegium  
aut gratiam superioris in scriptis impertitam ab ipſo privilegiato  
ſubſcribi? In Concordatis vero tale quid interveniſſe extra dubium  
eſt... docet id apertus Concordatorum tenor: *ex una*, ait Bulla  
NICOLAI V., & alia partibus Romane Eccleſiae & dicta Nationis  
nominiſbus... hinc inde approbata, concluſa, acceptata, & Concordata  
fuerunt. JULIUS III. porro conſtit. de 14 Sept. 1554. inquit: *Nos  
attendentes Concordata dicta vim NB. PACTI inter partes habere, &  
que ex pacto conſtant abſque partium conſenſu abrogari non conſuetiſſe,  
neque debere. Accedit Clemens VIII. conſtit. de an. 1603. inqui-  
ens: que jam pridem inter hanc Sedem & Nationem Germanicam  
PACTA ſunt & conventa, que Concordata appellantur. Argumenta  
in contrarium diſſolvit BARTHELIUS Diff. Generali p. 294. ubi  
& palam fit, quid ad deciſionem Rotae Rom. respondendum; unde  
contra tam clara legis verba (inquit P. WOLFGANGUS SCHMID  
Inſt. J. T. I. p. 223.) & manifestam pacientium mentem pro-  
fecto*

feldo haud prevalent quæcunque idearæ ratiocinaciones quorundam Doctorum Curiae Romanae favere nimis volentium, attendant amabo, ita eosdem horratur prælaudatus BARTHELIUS l. cit. p. 299, & seriò considerent Doctores ejusmodi, ne, dum Sedis apostolicæ tuitionem ex nudis animi præjudiciis parare volunt, ea, quæ ab ipsis proferuntur, pari licentia ab adversariis Catholici nominis explodantur . . . ecquid enim respondebunt illi ad hoc istorum dilemma: vel potest Pontifex nomine Sedis apostolicæ contrahere, se suosque successores sub conventionali poena nullitatis & attentatorum perpetuò obligare, vel non potest? Si potest ergo conclusiones vestræ assentatoria, quæ hoc insificantur, contradicunt veritati, & vos malè responderis Pontifici. Si non potest, ergo dum Pontifex se posse palam dicit . . . Illusor & impostor est. Abiit hoc: Cordate hujusmodi Doctores redarguit MELCHIOR CANUS de Loc. Com. l. 5. c. 5. Non eget, inquit, Petrus mendacio nostro, nostrâ adulacione non eget tot veris & realibus à Christo instrutus & insignitus prærogativis divinus summi Pontificis primatus . . . quibus assentatoribus merito diceret Romanus Pontifex, quod pacificus Jacob filius suis Simeoni & Levi post Sichemitarum cladem Gen. 34. „ odio sum fecisti me Chananeis & Pherezais, habitatoribus terræ hujus. „ Ità illi. Conf. in rem præsentem ea, quæ fusiūs n. VI. deducuntur.

\*\*\* Id insinuant Actamenta MAXIMILIANI I. 1510. Sicut Regnum Francie pragmaticam habet Sanctionem, sic Imperium Romanum Concordata Principum . . . docet id quoque edictum FERDINANDI I. Ord. Jud. Imp. auf. in fine: ubi inter alios libros concordiales, ex quibus controversiae decidenda, etiam haec Concordata commendat . . . reperiit id quoque MATHIAS Imp. verbis: „ So sollen auch unsere Kaiserliche Wahl-Capitulation, alle Reichs-Abschied, Cammer-Gerichts-Ordnung, Münster- und Denaburgischer Friedens-Schluss, Reichs-Matrikul, CONCORDATA NATIONIS GERMANICÆ, Corpus Juris Civilis & Canonici und der Reichs-Stände Privilegia auf der Reichs-Hof-Raths-Tafel, damit sich deren in zweifelhaften Fällen gebrauchen könne, stets vorhanden seyn. Pariter per CAROLUM V. literis ad Cameracenses datis Bruxellæ 1554. 9 Febr. iis mandatum fuit sub poena indignationis

nis & mulcta, ut servent Concordata... Ejusdem porro' capitulatione §. 16. in fine cautum est, „Auch sollen und wollen wir darob und daran seyn, daß die vorgemeldte CONCORDATA PRINCIPUM und aufgerichtete Verträge, auch Privilegien und Freyheiten gehalten, gehandhabt, denen festiglich nachgelebt und nachgekommen werde. Quod idem usque ad modernum Imperatorem Augustissimum JOSEPHUM II. in Capitulationibus repetitum: unde literæ collegii Electoralis ad Augustissimum nostrum die 19 Martii a. 1764. datae: *Paterna pro salute Imperii vigilans sollicitudo Majestati vestrae Cæsareae finē hoc Leges, & Sanctiones Imperii (Concordata) continuo ob oculos sūt, easque omnes decimus quartus Capitulationis Cæsareae articulus... complectitur...* In vim quoque Concordatorum tanquam Legis fundamentalis Imperii emanarunt varia conclusa Jud. Imp. aucti: de quibus vide Part. III. n. II. quæ omnia abunde probant Concordata attendi tanquam pacta vera & Legem fundamentalem Imperii.

\*\*\*\* Quæ enim publicæ tranquillitatis & unionis intuitu communi omnium nomine approbata sunt, finē contradictione ab omnibus sunt admittenda; Sedi igitur apostolicæ onus probandi haud incumbit, has vel illas Ecclesiæ fuisse de numero consentientium, quas Concordatis teneri cupit, sed pro ea stat ratio & præsumptio universalis: enumerat Ecclesiæ Concordatis adfrictas Cl. BARTHELIUS Diff. generali C. II. p. 321. quomodo intelligenda vox NONNULLI vide infra n. VI.

*Additio.* Exceptio est in alternativa mensium testante ZYPÆO L. 3. Consult. Canon. consult. 3. „quatenus Concordata tangunt punctum alternativæ, hæc pro toto Natione Germanica non per totam Nationem acceptata sunt „ multi siquidem, inquit, per Germaniam eadem Concordata non acceptarunt, ut *Heribolenses Bambergenses* aliique, qui vel ampliora privilegia, vel fortè sibi convenientiora obtinuerant: sic neque alternativa obtinet in Metropoli nostra Trevirensi: siquidem Capitulo jus conferendi præbendas & in specie per promotiones capitularium vacantes, vel nomine Capituli Turnario vi confuetudinis quietissimæ tam ante quam post Concordata Nat. Germ. à multis saeculis competit, ita ut nullus existat casus, quo à Sede Pontificia

tifica provisus ad possessionem & fructus istiusmodi præbendæ admis-  
sus fuisset, quemadmodum id testatur rescriptum Cæsareum FRAN-  
CISCI I. apud L. B. de CRAMER *Systema processus Imperii P. III. p.*  
679. puncto turbationis in possessione conferendi vacantes præben-  
das: ibi „Bey uns hat der Dohmprobst, Dohmdechant und Capitol  
zu Trier in Unterthänigkeit angebracht, was gestalten sie sowohl vor als  
nach denen Concordatis Germaniae von vielen hundert Jahren her in quietissima  
consuetudine & possessione gewesen und noch seyen die in ihrem  
Dohmstift zu Trier vacirende Prebenden, und besonders auch diejenige,  
welche durch Erhebung Mitt. Capitularien zu Erz- und Bischoflichen Di-  
gnitarien sowohl als per obirum mit Trierischen Dohm-Præbenden ver-  
hener Cardinal- Erz- und Bischofzen erlediget werden, jedesmahl zu con-  
feriren scilicet als befehlten wir... hiermit gemessen von der erhaltenen päpstli-  
chen Provision... ohverweilt abzustehen. scilicet.

IV. Quia porro Concordata vera pacta sunt, summus Pontifex  
solus nec eadem authenticè & legaliter interpretari \* multo  
minus iisdem derogare poterit. \*\*

\* Sicut enim Romana Curia contradiceret, si solum Judicium  
Imperiale aulicum Viennæ, aut Ratisbonensia totius Germaniae  
Comitia vellent interpretarem Concordatorum agere; ita quoque  
Germania hac in parte apud alterius Compaciscentis curiam vim solam  
interpretandi deprecatur; versamus enim, in materia pacti communis  
erecti inter eos, qui judicem alium non agnoscunt, nisi vel claram Con-  
cordatorum literam vel amicabilem utriusque paciscentis conferentiam  
aut arbitrium communiter electum? Unde Bullæ seu constitutio-  
nes à solo summo Pontifice emanatae contra Concordata nullatenus prævalere possunt: èa de causa ruit sat noto interpretatio  
GREG. XIII. circa versum: *Quoties autem aliquo vacante beneficio &c.*  
veluti testatur Conclus. Jud. Imp. aul. de an. 1753. apud B. de Cram-  
er. I. cit. p. 687. Zu Essen und Thorn Frau Fürstin und Abtsfrau  
contra Carolum Raimont in puncto Præbendæ Ecclesie Thorensis  
ibi „Nachdem bey Hr. Kaiserliche Majestät glaubhaft angezeigt vor-  
Den, daß der Raimont sich beygehen lassen, die impetrantische Frau

Abstitzen, indem Ihr aus denen CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ nach Verfluss derer drey Monaten à die note vacatio[n]is in loco beneficij ohne die Original-Büllen gebührend überreicht, ja nicht einmahl die päpstliche Provision über das vacante Beneficium erhalten zu haben, so klar gebührenden Collations-Recht zu schwören; so befehlen Ihn hiermit Thro Kaiserliche Majestät allergnädigst von der annässlich erhaltenen aber NB. verspäteten päpstlichen Provision ohn[er] verweilt abzustehen re. . . Magis perniciōsum exemplo fore arbitror, Legem fundamentalem Imperium inter & Sacerdotium novis interpretationibus & equivocationibus in altercationem pertrahi & ad sensu[p]e]rigrinos detorqueri.

\*\* Ubi nulla iusta causa derogationem suadens adfuerit, res ista vix difficultatem patitur: p[ro]cta enim & fidem datam exactissime & indispensabiliter à quolibet, etiam summo Pontifice, qui neutiquam superior Juris naturae audit, servari debere, necessitas juris naturalis & gentium postulat: neque aliud principia Juris publici loquuntur, quam ut pax servetur, p[ro]cta custodiantur vel maximè inita inter summos pacientes ad restaurandam pacem publicam: ecquis enim deinceps populus, que natio vell[et] pacisci cum Pontifice Romano, nisi illibatam pactorum custodiam fidemque servandam respectu summi Pontificis sibi polliceri posset? nemino suâ se obligatione invito altero, cui est obligatus per p[ro]cta, liberare potest, nequidem ex plenitudine potestatis, quippe hæc semper restricta est ad plenitudinem justitiae, ad Jus divinum naturale & gentium: sobrie ac justè secundū regulas prudentiae plenitudo potestatis (ne sumnum jus sit summa injuria) accipienda est, maximè in Germania post inita Concordata, ubi Ordinarii adest præsentissimum periculum impingendi contra jus naturæ & gentium, contra sanctimoniam pa[ct]orum, liberrimaque ansa tribuitur protestantibus carpendi & ad invidiam trahendi summi Pontificis potestatem.... At vero num justis de causis summus Pontifex Nationes nostræ invita Concordatis derogare possit? Certatur argumentis utrimque probabilibus; negativam suadet Concordatorum litera in verbis „nisi in futuro aliquo Concilio de consensu Nationis germanicae aliter fuerit dispositum, utique ex iusta urgentique causa vel utilitatis vel necessitatis“

43

V. Neque adversus Concordata prævalebit præscriptio aut fa-  
vore summi Pontificis, aut favore Nationis nostræ. \*

\* Quodsi favore summi Pontificis contra Concordata præscribi non possit, quod facile milii concedent Germani plurimi: Cur favore tamen Nationis præscribi possit, non video: quod uni parti pacienti justum est, cur alteri sit injustum? Sicut Pontifices romani spondent se inviolabiliter inhaesuros esse Concordatis: ita & Natio nostra non prætendit unquam sua verba promissoria temporis præscriptione aliqua fuisse oblitterata: quemadmodum Natio nostra prætendit pacta custodiri à Curia Romana absque ullo præscriptionis obice: ita nec eadem unquam adversus Sedem romanam uti voluit: animum hunc suum scipius professa est in actis publicis, qua manifestant mentem Nationis communem: uti Recell. Imp. de a. 1500. tit. 44. §. 3.... Capit. Ferdinandi I. §. 15. Rudolph. II. §. cod. Mathiae §. 17. Ferdin. II. §. 15. Ferdin. III. §. 18. Ferdin. IV. §. 16. Leopoldi I. §. 19. Josephi I. §. 18. Caroli VI. art. 14. Caroli VII. art. cod. §. 3. Francisci I. art. & §. eod. Josephi II. art. & §. eod. In omnibus ipsis actis publicis perenniter dicitur: vivendum, & standum esse firmiter Concordatis, contraventiones tollendas: quomodo ergo his salvis CONTRA CONCORDATA locum teneat præscriptio alterutram ex parte, non video.

VI. Concordatis igitur tanquam pactis publicis & Legi fundamentali Imperii sanctissimè insistendum esse, contra Protestantes & quosdam Catholicos intrepidè assero, donec vel aliter inter partes conventum sit, vel in futuro Concilio de Consensu Nationis aliter ordinatum. \*

\* Nimium itaque dicunt 1) Protestantes qui cum ANONYMO: Kurze Abhandlung von dem Rechte des Kaisers über geistliche Personen §. 26. clamant: Hinweg mit den durchlöcherten und ihrer Natur nach an sich selbst ohnehin unkräftigen Concordaten, weil sie

ohne der gesamten Reichsständen Wissen und Einwilligung zwischen Friderich dem IIIten und Nicolaus dem Vten errichtet worden. Errant, qui cum PFEFFINGERO in not. ad Vit. Illust. L. I. t. 15. asleverant: *Concordata malis artibus Germaniae esse obtrusa*, vel cum HYPOLITO de rat. stat. p. 3. c. 2. Eleforem Moguntinum & alios paucos de rasa Cohorte, ut loquitur, velut pacifcentes agnoscunt; aut cum MOSERO Loquela Comitiorum prætendunt, penitus tollendi è medio Concordata, ac restituendi ex integrō synodum Basileensem. Ut silentio præterea CONRINGIUM, LEHMANNUM aliasque Concordatorum hostes. . . . Nimium quoque dicunt B). Catholici, qui cum FEBRONIO T. I. c. 18. Injuriam temporum & ignorantiam pacifcentium, causam efficiērem esse Concordatorum volunt; qui ex nuda litera Bullæ Nicolai V. nonnulli dilecti filii ecclesiastici & seculares Principes inclite Nat. Germ. concludunt: Concordata Alschaffenburgenia universam Germaniam non obligare, qui cum Cl. DAHM: *Diss. von der Chur-Verein* Mog. 1754. p. 55. notant: *Concordatorum hic mentionem non fieri, perperam enim id à Doctoribus pro Lege fundamentali reputatur, quod à solo Cæsare dissidentibus statibus fuit approbatum; Hoc verum est, quod integra Germania scepīus infiterit, ne Curia Romana plus, quam in Concordatis ipsa optaverat, sibi arroget; inde verò minimè sequitur, quod eo ipso se Concordatis obligatam agnoscat*: Singulis his, quamvis ex deductis refutati maneant, respondeat Author strittiger Staats-Schriften, IIIter Theil p. 148. . . . „Wie will man die Pacaten heimlich oder hinkend nennen, wenn man die Acten der Rheinischen Geistlichkeit vom Jahr 1479. einsehet. Wenn man die Verhandlungen zu Greyburg von 1498, zu Augspurg 1500, zu Worms 1522, zu Nürnberg 1524, auf den Reichstagen erwégt, wenn man die Schreiben Maximilian des I. vom 11. Janer 1518. nach Lüttich, Carls des V. nach Cammerich 9 Febr. 1559., Ferdinands des I. und des Kaisers Mathias Verordnungen für den Reichs-Hof-Dath durchliest? Wenn man des W. Friedens art. V. §. XX. a) und XXVI. b) mit einem Blitze besichtet? Wie will man die Verträge erschlichenen heißen, deren Schutz im Angesicht des Reichs gleich von Anfang der Wahlen Capitulation durch das Chur-Collegium Namens aller Ständen von Carl dem Vten bis hieher allen Reichs-Overhäupteren durch eidliche Sicher-

stel-

stellung anvertrauet ward? Wer kan die Concordaten der Nation als  
widersprechend ansehen, wo die ganze Nation mehrmals wegen deren  
Uebertretung auf den Reichs-Tagen Beschwerde geführt hat? Wie  
würde sie Nicolaus der V. ohne allgemeinen Widerspruch in seiner Bulle  
habe nennen können: *à partibus ipsis approbata & Concordata.* Wie  
würde die ganze Nation und jeder Theilnehmer insbesondere sich darge-  
gen verwahrt haben? Wo erscheint jemahlen eine Klag wegen der Reich-  
tigkeit? Wo ist ein gesetzlicher Widerspruch über das Ganze vorfindlich?  
Wer sieht nicht jährlich so viele Kaiserliche Judicata, welche der Con-  
cordaten Gültigkeit zum Grunde legen, welche die Stände ansehen, voll-  
ziehen. . . . Hat gleichwohl Aeneas Sylvius ein Meisterstücke seines  
Scharfins gemacht, seynd gleichwohl die Aschaffenburger Vertrag  
der Nation nicht so vortheilhaft, wie die Bajeler Decrete, so kan  
man sie doch weder mit PFEFFINGER malis artibus obtrusa, weder  
mit FEBRONIUS per injuriam temporum ignorantiamque extorta  
angeben. Die Deutsche Nation, die immer redlich und deutsch war,  
hatte ein Redhostimentum versprochen, und musste es halten. Die  
Beschwerden, so den 18 April 1703. die protestantische Stände bey  
dem Kaiser führten, giengen nach Zeugniß Faber-Canzley t. 9. freylich  
dahin: „sich mit den Kurfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs  
dahin zu verstehen, daß die also genannte Concordaten bey so gestalten  
Sachen, da der Römische Hof denselben immerhin zu wider handlet, auf-  
gehoben werden mögen,“ dieweil man aber von keinem Reichsschlüß  
weiß, und die Sprache einiger Reichsglieder unmöglich für die Sprach  
des ganzen Reichs anhören kan; so ist vielmehr schliefig, daß die Con-  
cordaten Rechts beständig seyn müssen. . . . welche das einzige Wört-  
lein NONNULLI irre macht, müssen hier die Comitiat-Verfaßung  
zu Augen nehmen, wo, wenn alle zum Schluß einstimmen, es gut ist,  
wenn aber auch nur die mehrere wollen, so vertreten die Majora den  
Willen von allen. . . . Weiters auch kan einigen die Stimme von den  
meisten übertragen seyn, und können diese jene vollkommen vorstellen. . . .  
Die Zeitläufe haben die Zusammenkünften damals selten anderst gefunden.  
Das folgende Betragen der Nation ist eine Proh hievon. . . .  
Vielleicht hat auch der Papst, wie andere meinen, auf einige Provin-  
zen der Niederlanden dabei Rücksicht gemacht: und da er mehrere di-  
lectos filios ecclesiasticos hat, kan er die Deutsche wohl nonnullos in

Ansehung vieler andern nennen, besonders da das nonnulli nicht bei den saecularibus principibus wiederholt ist. &c. &c.

a) In quorum autem honorum ecclesiasticorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares & Canonici, vigore praefati termini, certo utrinque numero admittuntur, mensisque papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque obtineant, immediatè à Curia romana, & tempore legitimo insinuantur.

b) Conferant etiam Archiepiscopi, & quibus aliis id juris competit, beneficia mensium extraordinariorum.

---

## DISSERTATIONIS

### PARS TERTIA

#### EXHIBENS

#### THEMATA SALVATIVA CONCORDATORUM.

I. Ut èd sanctior sit Concordatorum Custodia, remedia esse oportet, inter quæ primum magisque opportunum esse reor, RECURSUM ad S. Sedem melius informandam quæ justæ de læsis Concordatis querelæ medicamen feret. \*

\* Remedium hoc suadet IVO Carnotensis ep. 159. iis, qui se à Sede apostolica gravatos conqueruntur, *ut ab ipsa ad ipsam confugi-*

fugiant, & inde exspectent. Levamen, unde se conqueruntur accepisse gravamen: nam, ut ait S. Bernardus ep. 108. *Apostolica Sedes* hoc solet habere precipuum, ut non pigeat revocare, quod à se forte deprehendebit fraude elictum non veritate proueritum... sic GREGORIUS VII. L. 9. ep. 31. scribit non solum multa tanquam à nobis deferuntur & scripta & dicta nobis nescientibus, sed multa etiam subripi possunt minùs ad singula attentis utpote divisis ad plurima... quibus vehementer arctamur; adde c. 7. *de fide Instrum.* & c. 41. *de sent. excom.* ubi Pontifex denuò inquit aut veritate pressa, aut falsa quādam narratione fraudi in Curia quoque suā locum esse... Candidè id profitetur CALLIXTUS III. ep. ad Frid. III. Rom. Regem: *non sumus memores, aliquid à nobis esse concessum contra Concordata predicta, quod siquid tale factum, UT SÆPE IN MULTITUDINE LITERARUM ALIQUA TRANSEUNT, non est intentionis nostræ Concordatis ipsis contravenire...* Et quidni primitus ad ipsum Pontificem recurramus, atque, ut ipse legem revocet, aut emendet, supplicemus? Provocatio ad Potestatem secularis sit refugium alterum... Exigit hoc authoritas Pontificis, honor ei debitus, bonum Ecclesie, ne authoritas Pontificis vilipendatur, honor Ecclesie illiusque potestas periclitetur, & potestas secularis ultra suos limites quām longissimè protendatur. Hoc principium & medium ostendit Author Protestanticus in Orbe literario novissimus L. B. DE SENCKENBERG Consil. Imp. Aulicus. in sua methodo Jurisprud. excusa Francofurti a. 1756. Addit. IV. p. 172. Cujus doctrinam ut Catholicci omnes, illi præcipue, qui erga Pontificem illiusque potestatem minùs æqui sunt, altè impressam teneant, illius verba utut longiora adducere lubuit. „Videlicet, inquit, Ecclesia Romana Mater Christianorum, & Orbis imprimis Germanici benignissima, data sua in sacra authoritate semper benignè tulit, si quis jura sua ea, quā par est modestia conservare niteretur. Non opus ergo, nec conductit etiam, ut conveliantur omnia, ut nexus & Ecclesie & Imperio utilis ac necessarius dissolvatur... Oportet Ordinem aliquem esse inter Christianos, oportet esse caput, quod eum regat. Non aliis huic regimini magis aptus, quām Christi Vicarius, B Petrum continua successione referens. Is ab omni aero ea fuit æquitate, ut Oves suas balantes exaudiret, ut grava-

mini-

minibus, mederetur. Non renixum certè novimus HADRIANUM P. M. cùm CAROLUS M. non omnia ejus postulata adserit. Transactionem de investituris conflavit CALLIXTUS II, in quam pluribus FRIDERICO I. celsit ALEXANDER III. Nec in cunctis obstreperos Pontifices experti PHILIPPUS & FRIDERICUS II. donec ultimus planè ab ipsa fide degenerasse videretur. Summa quæque consecuti sunt Rudolphus I. & Henrcus VII. usuras erat æquo Pontifice LUDOVICUS IV., si sua tantum vindicatum ivisset, & ni mala illorum temporum intervenissent. Certè, quod ille tantopere cupiebat, obtinuit Carolus IV. ut Italice dominaretur, & regia potestas penderet à sola Principum electorum autoritate. Nec Wenceslaus, Sigismundus, Albertus II. aut reliqui Germaniae libertatis assertores, ne ipse quidem Maximilianus primus, aut Carolus V. Majestatis suæ & Libertatis Nationis statores summi iniquum haec tenus experti sunt Pontificem. Semper gravimum, imprimis per Hadrianum VI. oblata medela. Et si promissa in plurimis irrita mansere, res in modo hæfit, aut turbæ interveniere, ut de cardine questionis cogitari haud possit. Hæc omnia eo, ut evincamus, nihil haec tenus sanctæ Sedi, aut Nationi, quæ jura sua nunquam deseruit, imputari posse, si per injuriam seculorum usque nunc fieri non potuit id, quod alias lubens admississet sumimus Orbis Pontifex. Cives nostri gens bello assueta, rerum novandarum cupida, in se ipsa discors habet, quod sibi incessando imputet, nunquam refragantem Ecclesiam experte, cui potius media praestandi ipsa subtraxit. Et jure affirmari poterit, ne exemplum quidem esse in omni rerum memoria, ubi Pontifex processerit adversus eos, qui juribus suis intenti, ultra limites vagari in animum non induxerunt suum „ hucusque SENCKENBERGIUS. num testimonium in rem præsentem majus ex Calamo atque adeo Protestantico adferri posset? animus contraveniendi nunquam CONCORDATIS professus est CLEMENS XIII. in Brevi ad Sereniss. Elect. Palat. de an. 1764. verbis „ *id justitiae consentaneum existimatimus* (videlicet: Controversiam Spirens Capitulum inter & Decanum remittendam esse ad Moguntinam Curiam in prima instantia cognoscendam) cùm Decanus bonum *jus & æquum orare videatur tum A CONCORDATO GERMANICO non ab*

*korrens*

*Correns... & infra „inde autem argumentum capere potest nobilitas tua, non ita nos tueri autoritatem, ut de inferiorum Ecclesiarum iuribus quidquam velinus detraictum. Neque minimum detracturum esse particularium Ecclesiarum & Nationum iuribus, libertatibus, partitis, aut Concordatis modernum Pontificem CLEMENTEM XIV. non ita pridem elocuit Breve ejusdem ad Regem Galliae christianissimum emanatum... Primò quoque recurrentum esse ad summum Pontificem testatur resolutum Universitatis Lovaniensis de an. 1763. in causa Spirensi citata: extat apud de Cramer Nebenstunden 43 Theil p. 123. ibi „ Primò recurrentum ad summum Pontificem, ut eam causam tanquam inappellabilem & contra jura constituta & Germaniae Concordata interpositam à se faisque tribunalibus dimitiat, causamque principalem judicandam remittat ad Metropolitanum, coram quo bis fuit inchoata & instituta, manente interim Decano in possessione conformiter ad decretum redintegranda possessionis à judice metropolitico relaxatum. Collegium quoque Jurium Göttingense in eadem causa respondit apud de Cramer 48 Theil p. 98. & apud PÜTTER auserlesene Rechts: Fälle zweyter Theil p. 314. in haec verba „ „ aequitatis... & modestiae rationes jubent ante omnia IPSUM supremum adire PONTIFICEM sub eâ spe, fore, ut de novo repräsentata verà rei facie, sepositis... fallacibus argumentis, IPSE adhuc vulneratæ causæ remedium adferat, præcisisque ulterioribus, quæ evitari alias haud poterunt, ambagibus motibusque causam ad judicium metropoliticum remittat „ &c.*

II. Quodsi summus Pontifex de rei veritate ac statu certior factus executionem Descriptorum gravatoriorum urgere pergeret, AUGUSTISSIMI CÆSARIS tutelam & protectionem tunc implorare, nemo nefas putabit. \*

\* Spécialem quippe Concordatorum tutelam solenniter pollicetur AUGUSTISSIMUS in auspicali sanctione art. 14. capit. Cæsareæ §. 1. & 3. ibi „ Wir sollen und wollen auch bey dem heiligen Stuhl dem Papst und Stuhl zu Rom unser bestes Vermögen anwenden,

dass von demselben, gleich wir ohnehin des Vertrauens seyn, die Concordata Principum, und die zwischen der Kirchen päpstlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und der deutschen Nation errichtete Verträge „ sc. allerdings beobachtet sc. & art. 3. auch darob und daztan seyn sc. Corp. recess. noviss. T. IV. Zugabe, p. 18. Augustissimum quoque hanc supremam Concordatorum & Ecclesiarum protectionem in effectu saepius ostendisse evincunt varia conclusa J. Imp. aulici;

1) Senatus Imperii aulicus irritam jussit executionem in confenda parochia Grandisontana in principatu Basileensi *adversus Concordata, concluso 23 Jun. 1760.* in der neuesten Staats-Canzley T. 2. p. 491.

2) Conclusum 20 Octob. 1752. puncto collati *contra Concordata Germaniae* Vicariatus parochialis in Cheveney apud DE CRAMER process. Imp. P. III. p. 675. ibi „ *Sacram Cæsaream Majestatem suis & Imperii subditis deesse non posse, suas esse Germanicis Ecclesiæ leges, suam libertatem, quæ proprio jure dijudicari debent.* &c.

Additum 3) conclusa J. Imp. aulici in una Trevirensi, & altera in puncto præbendæ Ecclesie Thorenſis. n. III & IV. Part. II. hujus Diff. vide quoque *rescriptum Caroli VI.* die 25 Jan. 1729. ad Ecclesiam S. Geronis Coloniæ apud L. B. de Cramer Nebenst. 61 Theil 2 Abhandlung. ibi „ *Als findeſen allerhöchſt gedacht Ihro Kaiserl. Majestät, als obriſter Schutz- und Schirm-Herr deren deutschen Stifter und Kirchen, auch ihrer wohl hergebrachten Rechten, Freiheiten und Gewohnheiten sich unumgänglich bemüſigt:* sc. Item conclusum 31 Jan. 1730. *Callenberg Casparus Rudolphus Canonicus ad S. Martinum Monasterii, contra Bernardinum Henricum Lenferding in puncto violatorum Concordatorum Germaniae,* apud de Cramer l. cit. *Imperatorem (laeſis Concordatis & juribus particularibus Germaniae) adiri posse clarè loquitur resolutum Lovaniense l. cit.* Secundò „ *Quodsi huic partis & Serenissimorum Electorum petitioni non satisfiat, ad Augustissimum Imperatorem, uti primarium CONSERVATOREM CONCORDATORUM GERMANIÆ (servata summo Pontifici debita reverentia) habendus erit* recrusus &c. Consonat aliud resolutum Parisiense in eadem causa de an. 1763. „ *Si ex insita Curiae romanæ adulotoribus opinione, quam ipsi ex falso suppositiarum Decretalium jure conceperunt, posse unam-*

„ quam-

quamque causam Romam trahi & ibi partibus etiam invitis iudicari,  
 causam hanc Romæ retinere velint: cùm ea res Germanicæ Eccle-  
 siæ libertati vim inferat, PACTIS inter germanicam Nationem &  
 summos Pontifices initis deroget, recurrentum est ad Augustissimum  
 Imperatorem, jure Imperii sui Canonum & Ecclesiasticae libertatis per  
 totum Imperium Germanicum custodem vindicem & protectorem,,  
 accedit cit. responsum Göttingense l. cit. „ Quodsi verò hancce viam  
 (recursum ad summum Pontificem) jam iniverit Decanus, nec è re  
 forsan fuerit reperitis molestare Pontificem, aut siquid obfuerit for-  
 tè, quominus ad summi Pontificis notitiam deferrí vera rei condi-  
 tio posít, aut si denique omnia ista incassum tentata fuerint: satis  
 certe & IMPERATORIS & ELECTORUM & UNIVERSI IM-  
 PERII rotiusque Gérmaniae, imprimis Catholicæ, interest, ut non  
 finē fiducia eorum omnium intercessio, eaque, quantum fieri potest,  
 efficax peti ac sperari queat, quantumvis enim pro indole Hierar-  
 chiae Catholicæ non pertineat ad secularem regum Principumque  
 potestatem, ut se immisceant iis, quæ sunt fori Ecclesiastici, nemo  
 tamen sanæ mentis statuerit, id vel eò planè procedere, ut mani-  
 festi etiam abusus potestatis Ecclesiastice ab Imperantibus tolerandi  
 sint „ &c.

*Additio.* Patrocinium isthoc lœsis Concordatis à Cæsare implo-  
 ratum aut effectivè præstirum, nullo jure prohibitum extat, imo ne  
 prohiberi quidem potest, ne alia supervacaneum fiat supremum pro-  
 tectionis munus in Augustissimo... neque, id contrarium esse Ss. Ca-  
 nonibus quis afferet: placita Ss. Canonum uno ore velant causas Ec-  
 cleasiasticas ad tribunalia judicium sæcularium pertrahi; rectè: sed Prin-  
 cipem tanquam Advocatum requirere, ne Ss. Canonibus, sanctioni-  
 bus preiōlis & Concordatis vis inferatur, omnino iis conforme est.  
 Regum officium est, ait can. 23. cauf. 23. q. 5. proprium facere judicium  
 & iustitiam, & liberare de manu Calumniatorum vi oppressos: unde in-  
 quirit Franciscus Salgaldus Hispanus in Epilogo proemiali Lib. de pro-  
 tectione regia: Regnum propter protectionem vi oppressorum non protectio  
 propter regem & regnum creatum est à rege regum & Domino dominan-  
 tium Deo: protectionem subditorum idem vocat proprium regis offi-  
 cium & attributum naturale inhærens visceribus regiminas, & qualitatem  
 infixam ossibus & substantiæ diadematis: Cognoscant Principes seculi

Statuit Concilium Parisiense 6. habitum an. 829. ex evocatione &  
 præcepto Ludovici Pii Imperatoris & regis Gallie, quod proinde ad  
 nos Germanos æquè ac Gallos pertinet) Deo se debere reddere rationem  
 propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt: nam sine augeatur  
 pax & disciplina Ecclesiæ per fidèles príncipes, sine solvatur, ille ab iis  
 rationem exiget, qui eorum potestari Ecclesiam suam credidit. In Capitulari  
 Suescionensi an. 744. quo plurima de rebus ecclesiasticis edicta &  
 constituta sunt, recursus iste ad supremam Príncipis autoritatem à  
 Pipino rege Parre Caroli M. cap. ult. expressè sanctus est, ait enim  
 Pipinus: Siquis contra hoc décretum, quod viginti tres Episcopi cum aliis  
 Sacerdotibus vel sacris Déi, unā cum consenuit Príncipis Pipini vel optimatim  
 Francorum Consilio constituerunt, transgredi vel legem irrumpere  
 voluerit vel despixerit, judicandus sit ab ipso Príncipe vel Episcopis vel  
 Comitibus: notandum hic cum Ilmo Petro de Marca l. 4. de Conc.  
 Sac. & Imp. cap. 5. particulam vel ibi non sumi pro disjunctione sed pro  
 conjunctione &, quod apud scriptores ejusdem aetatis frequentissi-  
 mum est. Inde arguitur de legis hujuscem observatione agendum co-  
 ram ipso Príncipe unā cum Episcopis & optimatibus, id est in Con-  
 cilio regni, quod posteri apud Gallos & in Anglia Parliamentum di-  
 xere, apud Germanos Diæte Imperialis nomine cognoscitur ... addi-  
 potest canon. 6. Concilii Francofordiensis seu cap. 4. Capitularis  
 Francofordiae habiti à Carolo M. an. 794: ibi statutum legitur à Do-  
 mino rege & sancta Synodo, ut Episcopi iustitias faciant per Parochias  
 suas, quodsi aliqua persona subjecta non audierit, litigantes veniant ad  
 Metropolitanum & ille causam judicet cum Suffraganeis suis: Comites quo-  
 que veniant ad judicium Episcoporum. Quodsi litem dirimere Metro-  
 politanus non possit, neque eos ad pacem redigere tunc, inquit Carolus,  
 tandem veniant accusatores cum accusato, ut sciamus veritatem rei. Conf.  
 Petrum de Marca & Salgaldum l. cit. Espennum tract. de recursu ad prin-  
 cipem c. 5. §. 5. ex quo constat Germania Príncipes Josephum I. & Ca-  
 rolum VI. libertatem Germaniae suæ deperire passos non esse, imo &  
 diplomatibus & mandatis ostendisse, censere se causas subditorum  
 suorum in suâ & Imperii juriū tutela depositas, neque ad extraneæ  
 atque omnino alienæ jurisdictionis cognitionem pertinere.

III. Au-

III. Auxilium hoc à supremo Concordatorum Protectore præstum, non obest, sed prodest potius sanctæ Sedi; Cùm idem Augustissimus protectionem firmam S. Sedi apertis verbis sit pollicitus. \*

\* Videlicet Capit. Cæf. art. i. §. i. quodsi quoque ad Concordatum Callixtinum redeamus, Protectionem istam ab AUGUSTISSIMO S. Sedi impendendam esse vi specialis pacti, inde patet: §. 4. enim ejusdem Concordati HENRICUS V. Imp. sequenti modo spondet: *Do veram pacem Domino Papa CALLIXTO Sanctæque Romanae Ecclesie, & omnibus quæ in parte ipsius sunt vel fuerunt; & in quibus sancta romana Ecclesia auxilium meum imploraverit, fideliter juvabo, & in quibus mihi querimonian fecerit, debitam sibi justitiam faciam:* pactum verò istud etiam hodie suos effectus obtinere docet Anon. *Concord. Nat. germ. integra Tom. 2. a. 1773.* Et profectò quod inter pacientes uni parti justum est, alteri non sit iniurium. Aequum nemini videbitur à Pontifice exigere velle, ut Concordatis faciat satis: neque tamen eidem ea omnia præstare velle, quæ eadem pacta verbis tam solennibus summo Pontifici adjudicant: media & æquissima tenenda via est, nempe ritè exigitur ab Aula romana, ut fidem Concordatis datam servet illibatam: sed & idem omnino præstetur ipfi, donec aliter pacientes inter se converint, aut in futuro Concilio de consensu Nationis aliter ordinatum.

IV. Utì vero Augustissimus Imperator tutelam Concordatorum pollicetur, ità & statuum Imperii ac Comitiorum Curæ jure optimo in idem objectum feruntur \* quanquam remedio hoc opus non sit, regnante Augustissimo Josepho II. pro Imperii incolumitate & Concordatorum rectâ observantiâ sollicitè excubante.

¶ 10. 134. ¶

\* Interest quippe totius illustris Nationis Germanicæ, ab antiquo parta Ecclesiis privilegia ac jura sarta tecta servari, nec à quoquam infringi; sed Imperio per religionis dissidia in duas partes scisso in Comitis suarum quævis pars Ecclesiarum jura præcipue tueri solet. Cujus rei illustria Catholicorum exempla quoad præsens adducere inutile non erit: contulerat INNOC. XII. cuidam illustri familia nato, sed corpore vitiato præbendam Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, additâ dispensatione in eodem vitio corporis & quidem ex potestatis plenitudine: conquesti sunt Episcopus & Capitulum Constantiense non tantum hoc modo in jure communii dispensari, sed & Concordatis germaniae contraveniri: non tantum CÆSAR per Oratorem suum Comitem de Martiniz apud Pontificem intercessit, sed & statuum Catholicorum Legati Comitiales hæc super re literas de 5 Junii an. 1696. ad S. Pontificem exararunt; extant in Fabri *Statæ-Canzley* T. II. Idem INNOCENTIUS Capitulo Cathedrali Wormatiensi receptionem Jacobi de Boville sub Excommunicationis & interdicti poena præceperat: causabatur Capitulum, prædictum de Boville non esse nobilem Germanum, adeoque se recipere candidatum non posse: itaque non solum Eminentissimi Electores LOTHARIUS ERANCISCUS Moguntinus, & JOANNES HUGO Trevirensis, sed & Legati Catholicæ Comitiales apud S. Pontificem intercessere; extant literæ an. 1699. & 1700. apud Fabri l. cit. & Correji observ. ad Concord. germ. c. 1. conf. quoque H.D. Trev. ad hunc annum... quanquam igitur non passim in causis quibusvis privatis recurrere ad Comitia permisum fit Legibus Imperii; id tamen jure potest fieri in iis, ubi per consecrationem ineluctabilem præjudicium ipsis statuum juribus infertur.

V. Serenissimum quoque Electorale Collegium cum Imperatore pro tuendis Ecclesiæ Germanicæ juribus præcipuum conjungit operam: unde Augusti hujus Collegii protectio implorari jure poterit. \*

\* Præcipuum quoddam jus circa concordata sarta teatique servanda mansit penes Senatum istum regium: Capit. noviss. art. 14. §. 3.

§. 3. promittit Imperator „ Darob und daran zu seyn, daß die vor-  
gemeschte Concordata Principum &c. gehalten, jedoch, was für Be-  
schwerung darin gefunden, daß dieselbe abgeschafft: und hinführer ohne  
BEGILLUNG DER CHURCHES nicht zugelassen  
werden.... quo ipso palam est, quod sicut sacra Cesarea Majestas,  
ita & speciatim Electores Imperii pro conservatione Concordatorum  
vigilare teneantur. Ostendit quoque in effectu hoc Seren. Electo-  
rale Collegium suam vigilantiam pro Concordatis in literis Colle-  
gialibus ad Imperatorem 1764. apud L. B. DE CRAMER Nebenst.  
48 Theil: ubi inter alia ab Imperatore petit: Dass der hierunter (ad-  
versus Concordata) betroffene Theil sich jedesmal zu allerhochst Thro  
gerechten Thron wenden, und NB. besonders auf dieses allerunterthä-  
nigste Gesamt-Schreiben beziehen dörse. Maximam igitur interposi-  
tio Electorum Imperii non tantum quā compacifcentium, sed &  
quā legalium conservatorum Concordatorum de jure & secundum  
constitutiones publicas meretur attentionem.

VI. Stantibus his efficacissimis, Concordata nostra sarta teclā-  
que conservandi mediis, non video: Cur exosum nec non  
periculosum illud SUBTRACTIONIS OBEDIENTIÆ me-  
dium arripi jure possit. \*

\* Subtrahi posse obedientiam summo Pontifici debitam, si  
spectes jura primigenia & essentialia, quæ ejus primatui annexuit  
Christus, Catholicorum nemo, sine injuria fidei afferet: quodsi  
verò jura consideres secundaria quæ successu temporis eidem acce-  
sere, quæ legitimis de causis in eum tanquam Patriarcham Occiden-  
tis translata existunt: quæ à tanto tempore quietissimè ac justè exer-  
cuit: quæ per Concordata ei specialiter adjudicata sunt: ea à sum-  
mo Pontifice abstrahi iterum posse per violentum subtraētae obedi-  
entiae medium, principiis juris publici universalis omnino adversum  
arbitror post se trahens sequelas summis Imperantibus ipsis pernicio-  
fas, ut vel obiter consideranti principiis J. publici tinēto pater:  
ut sit igitur salva subordinatio Imperantium & obedientium, ut sit  
discordiarum & querelarum finis, PAX SERVETUR PACTA  
CUSTODIANTUR.

PA-

PARERGA EX OMNIGENO JURE.  
EX JURE NATURÆ & GENTIUM.

1. *Principium J. N. in effendo est Voluntas Dei, in cognoscendo sana ratio.*
2. *Polyguria jure naturæ absoluto, polygamia conditionato est prohibita.*
3. *Extra Matrimonium omne genus libidinis de jure N. est vetitum.*
4. *Dictum illud: necessitas non habet legem est præcipue intelligendum de legibus positivis, non autem de naturalibus prohibitiis.* 5. *Præscriptio, ut est salutare gentium præsidium, ita merito inter gentes liberas obtinet.*
6. *Valet pax initia cum rebellibus, nec fides data hostibus, etiam infidelibus frangenda est, nisi hi conditions faderis adimplere nolint.* 7. *Potestas imperiантium immediate à Deo descendit, quoniam factum populi sese sufficientis intervenire debeat.* 8. *Bellum contra infideles, præcisè ex Capite Religio-nis Christiane suscepimus est juri gentium contrarium.* 9. *Conservatio æquilibrii præcisè spectata non est justa belligerandi Causa, multominus potentia major unius gentis alteri tales præber, nisi illa injuria laceferat minus potenter.* 10. *Detestanda est opinio, quæ sumnam potestatem ubique & sine exceptione populo tribuit, ita ut reges suā potestate abutentes coērcere & punire queat.*

EX HISTORIA ECCLESIASTICA.

1. *Canones Apostolorum vulgo dicti uti & epistolæ Decretales Veterum Pontificum, paucis exceptis, suppositionis merito arguntur.* 2. *Collectio illa hodie tam famosa Pseudo-Isidoriana non est S. Isidori Hispalensis, sed incerti cuiusdam Authoris.* 3. *Ingens ex ea nata est in statu Ecclesiæ publico mutatio.* 4. *Nicænum I. Generale Conc. 20 tantum canones condidit.* 5. *Canones 22 & 23 Dist. 63. malæ notæ habendi sunt.* 6. *Donatio Constantini, quæ refertur Tom. I. Conciliorum, supposititia est.* 7. *Usus pallii ad tria prima facula non est referendus, sed modo exente Sæculo V. de eo certò constat.* 8. *Falsum est à Pontificibus eum usum esse dolosè ad jura metropolitica imminuenda excogitatum.*

EX JURE PUBLICO ECCLESIASTICO.

1. *Regimen Ecclesiæ est Monarchico-Aristocraticum.* 2. *Primatus Jurisdictionis D. P. Successoris ex jure Divino profuit.* 3. *Secundaria ejus jura creverunt successu temporis; iustissimus tamen de Causis reservatæ sunt Pontifici Cauæ Majores nuncupatae.* 4. *Episcopi habent suam ju-risdic-*

risdictionem immediatè à Christo: ex quo varia deducimus Corollaria.  
 5. Principes in Ecclesia & rebus sacris solum jure gaudent Advocacie &  
 Protectionis. 6. Utut Imperator ex Causis publicis exclusivam dare possit  
 in electione Pontificis, nequaquam id juris exercere potest in Electionibus  
 Episcoporum Germaniae.

### EX JURE CANONICO PRIVATO.

1. Residentia Parochorum est juris Divini, hinc nonnisi ob graves cau-  
 sas in illa dispensandum. 2. Parochi regulares aequè subjacent pœnis non  
 residentium sicut seculares. 3. Immunitas, decimæ &c. non sunt tam di-  
 vini quam humani juris. 4. Ecclesia parochialis sibi vindicat decimas nova-  
 les præ aliis Ecclesiæ & Condecoratoribus privilegiatis. 4. Decimæ in Ger-  
 mania non sunt omnes Origine Ecclesiastice, que observatio varium habet  
 effectum. 6. Decimatoribus etiam Laicis decimas olim Ecclesiasticas obti-  
 nentibus incumbit onus subsidiarium reparandi Ecclesias parochiales. 7. C.  
 2. de his, que sunt à Praelatis, perperam hucusque à plerisque adlatum  
 est pro eo, quod consensus Capituli tacitus sufficiat. 8. Ponere C. 10. de  
 Spons. ù regulam, & C. 17. tanquam exceptionem adversatur sanis bonæ  
 hermeneuseos principiis. 9. Pœnam adjici Sponsalibus posse utriusque Juri  
 difforme est. 10. Confessarius semel absolvens filiam pœnitentem contrahit  
 cum ea cognitionem Spiritualem.

### EX HISTORIA IMPERII.

1. Imperium Occidentale à Græcis in Carolum M. factò Leonis III.  
 non est propriè translatum. 2. Origo Electorum Imperii non est GREGO-  
 RIO V. nec Ottoni III. tribuenda. 3. Jus investiturarum per annulum  
 & baculum justis ex causis Henrico IV. & V. ademptum fuit. 4. Fabulo-  
 sum est Collum Friderici Barbarossa ab Alexandro III. dicente: super as-  
 pidem &c. esse conculcatum: ut & Henrico VI. à Cœlestino Papa per pe-  
 des coronam impositam & rursum dejectam esse.

### EX JURE PUBLICO P. W.

1. Episcopo Protestantico impubere electo in Germania, nisi paetum pe-  
 culiare obstat, administratio spectat ad Capitulum. 2. Jurisdicçio Eccle-  
 siastica propria Episcoporum non est suspensa in omnibus Casibus in P. W.

3. *Jurisdictio Ecclesiastica vi Legum germanie invecta competit Principi Catholico in Subditos suos Protestantes.* 4. *Simultaneum imroxium introducere non est P. W. aduersum.* 5. *Eidem omnibus adversarur in Causis religiosis ius suum armis persequi velle sive auctorita.* 6. *Non est cuivis permisum jus agendi pro aliis in Causis religiosis.* 7. *Subditis incumbit onus probandi possessionem ab ipsis anno normali praetensam.* 8. *Dominus territorialis Protestanticus non potest etiam ex mente LL. Imperii dispensare ratione Catholicorum sibi subjectorum in impedimentis matrimonii: male itaque respondet EISENHARD in seinen Erzählungen von außerordentlichen Rechten fallen T. I. 19. Erzählung.* 9. *Facultas preter Carbolicam duas toleratas religiones aliam sectam permittendi, nemini concessa legitur.*

#### *EX JURE PUBLICO CONCORD. GERM.*

1. *Ad Concordata Nationis Germaniae referenda sunt ea Decreta Basileensia quae à Germanis recepta sub ALBERTO II. & pro iisdem ab EUGENIO IV. & NICOLAO V. confirmata sunt.* 2. *Annata vigore Concordatorum summo Pontifici solvenda carent virio Simonis.* 3. *Electus in Germania administrationem Episcopatus videretur sine speciali induito ritè capessere, tam vi C. 44. de Elect. quam pauci Callixtini.* 4. *Dignitates post Pontificalem in Cathedrali Majores, utr. ex in Collegiatis principales non esse reservatas vi Concordatorum defendi possint.* 5. *Questio: An Pontifex derogare possit Canonibus & Decretis Conciliorum sine Consensu Nationis nostra, post Concordata est inutilis.*

#### *EX JURE CIVILI.*

1. *Contractum sub condicione turpi initum inducere obligacionem naturalem, etiam L. Civili turpe est.* 2. *Consumdarum propter propriam indigentiam revocari posse ex L. 3. C. Locati non probatur.* 3. *Periculum rei vendice etiam ante traditionem ad emporem translat.* 4. *Generaliter in omnibus Contractibus obincis: qui nullum habet commodum, saltem ad culpam latam, qui verò habet omne commodum ad culpam levissimam, si verò contrahentium pars sit ratio & par commodum, ad culpam levem uterque tenerit.*

#### *EX JURE FEUDALI & CRIMINALI.*

1. *Privariam circa feuda Imperii cognitionem Judicio Casoris Aulico tanquam supremo in Germania Curia feudalii vindicamus.* 2. *Magis ad literas Investiturae, constituidines Feudales Germanicas, quam ad Ius feudale Longobardicum respiciendum est.* 3. *Episcopi Germaniae feuda regalia sua dignitati annexa habent, unde verò proprii principes Imperii sunt, sicut secularis.* 4. *Delictum fundat forum prouinde & exteri in alieno delinquentes illius territoriorum foram fortiorum.* 5. *Judex in Causis criminalibus magis ad absolvendum, quam condemnandum reum inclinare debet.* 6. *Ad confessionem torturam elicitam requiritur subsequens expressa ratificatio.* 7. *Sententiae criminales in rem iudicatarum non absunt, prout ad ultimum vice momentum probatio innocencie locum habet.* 8. *Principi in omnibus delictis in regula jus aggravandi competit.*

O. A. M. D. G.

Kr 3497

(x225 8755)

vD18

WPA

MM



Farbkarte #13



B.I.G.

P. PHILIPPI HEDDERICH  
MINORITÆ CONVENTUALIS  
DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup>  
AD  
CONCORDATA  
GERMANIÆ.

Q U A M

UNA CUM PARERGIS EX OMNIGENO JURE  
SUB

PRÆSIDIO AUTHORIS  
EXONENT

PP. CLEMENTINUS REINECKEN  
ALBINUS MEISTER  
LIBERATUS LITZELER  
ELIAS VAN DER SCHÜREN, ejusdem Ordinis.

OPPONENT

R.R. P.P. NICOLAUS GLABUS ET DAVID COCHEMS  
Sacri & exempti Ordinis Cisterciensis in Abbatia Hemmerodenis  
Professi, Juris utriusque Auditores.

DIE SEPTEMBRIS ANNI MDCCCLXXIII.  
IN CONVENTU TREVIRENSI AD S. GERMANUM  
cum permisso Superiorum.

Augustæ Trevorum, Typis ESCHERMANNIANIS.